DuFg

Johann Virdung (Hasfurt)

„Nova medicinae methodus haud primum et condita et edita ex mathematica ratione morbos curandi."

Kiadó. Ettlingae (Valer. Kobian), 1532, 4. (106 lap)

(Haboer. II., 339. old.)

8753

58.242

28 JUN

... Gyógysz ...
...onti Konyvtár Mv.-hely...

# NOVA MEDICINAE METHODVS

curandi morbos, ex Mathema
tica ſcientia deprompta, nunc
denuo reuiſa, & exactiſſime
emendata. Iohãne Haſſur
to Virdungo, Medico &
Aſtrologo doctiſſimo
Authore.

Cum Gratia & Priuilegio Imp.

Haganoæ Excuſum. Anno
M.D.XXXIII.
1533

Val. Kob.

KIS ... SINEN DOMOKOS

# IOANNES SINAPIVS LECTORI.

Vt uia quo ducat uideas ignote uiator
  Ponitur in triuijs undiq; Mercurius.
Huius ego uicibus functurus, ſum breuis Index
  Quorſum introducat te nouus iſte liber.
Quattuor in tractus opus ergo hoc diuidit author
  Ordine, quos cernet, qui leget iſta, ſuo.
Primum quæ ratio, quæ ſit naturaq; cœli,
  Quæq; Planetarum, ſigniferæq; rotæ,
Quid ſtellæ poſſint in morbos aut medicinas
  Quidq; harum aſpectus, multiplicesq; domus,
Tum quid agas hoc aut alio ſub ſydere natus
  Aut quid ſanguineus quidue melancholicus
Tempore quo noceant & quo data tempore proſunt
  Pharmaca, mox doceat ſingula, quanta doſis,
Leniat aut ſoluat, uel digerat, abluat, ungat,
  Mundificet, purget, quo tibi quidq; loco.
Huic ægro mortem minitentur an aſtra ſalutem
  Aut mala decernat uel bona quæq; dies
Signaq; ſeu uiſi ſeu, quod mirabile dictu eſt,
  Non uiſi lotij, te liber iſte docet.

# INCIPIT IN NOMINE STELLIFERI ORBIS CONDITORIS QUI OMNIUM UERA SALUS EST Introductorius Liber in medicam artem.

## Prohœmium.

CVM animaduertiſſem pleroſq; huius ętatis, Medicę facultatis Tirones, qui multos ad annos in hac facultate operā nauabant, nondum tamen aſſecuti hominum complexiones, morborum cauſas, Criticos dies urinarū certa iudicia, electaq; euacuādi humores tempora, aſt noticiam componendi recepta. Decreui breuibus conſcribere, hoc in Libello tradita antiquorum Medicorum documenta, aſt Aſtronomiæ quantum Medico ſufficiunt principia. Quibus cognitis, facile quis nedum poterit contra omnes morbos, a quocunq; humore profluentes, ſalubrem medicinam componere, urinā ex aſtrorū influxu diiudicare, īmo & dies Criticos prædicere, & an fauſte infœliciterq; finiant, de quibus Criticis diebus, Medici Aſtronomiam ignorantes, multum hucuſq; oberrarunt & a ueritate diſceſſerunt. Quare obſecro omnes medicæ artis ſtudioſos tum præcipue nouos in hac arte Tirones (quibus ut ſpero rē haud ingratam me effeciſſe) ut hunc libellum animis eorū fideliter imprimant, memoriæq; cōmendant. Quod cum fecerint, nulli dubium, quin breui in tempore in doctos euadent medicos. Medicina eim ſine fauore cœleſti, uti Hippocrates, Galenuſq; confitentur, ſępius inanis noxiaq; reperitur, poteſt enim Medicus adminiſtrare in una conſtellatione medicinā, quæ ægrum mortificat, quæ tamen in alia conuenieti conſtellatione data, ægrum a morte liberabit, uel ſaltem optimam penitus efficiet operationem. Hoc affirmat Auicenna Secunda primi, capite Octauo, cum dicit. Secundū res cœleſtes, res terreſtræ eueniūt, & res quæ ſequuntur cœleſtes ſunt, ea quæ ſtellarum cauſa acciduat. Aſtipulatur etiam huic ſententiæ Abhomeron

homeron Abynzoar, Medicus famoſiſſimus, libro primo ca: ſeptimo, de Epilepſia, in hoc quod dicit. Et fiunt in Epilepſia in hoc dicit. Et fiūt in Epilepſia Paroxiſim ſicut in febribus fieri conſueuerunt ex operatione & uirtute ſuper cœleſtium corporū, quæ a Deo uiuo & uero, perfectionem & influentiam habere & recipere ſciuntur certiſſime & comprobantur, hoc attento, diuiſi hunc libellum in quattuor Tractatus. Quorum Primus Aſtronomiæ principia, in quantum Medico neceſſario ſint docet. Secundus medicæ artis principia inſinuat. Tertius, de diebus Criticis. Quartus de Vrinarum Iudicio, cum multis pulcherrimis undiq; collectis regulis.

## Capita Primi Tractatus.

Primum caput Diffinitiones Aſtronomiæ & Aſtrologiæ, differentiaſq; eorundem inſinuat.

Secundum, De duodecim ſignis cœleſtibus & naturis eorū & quid habent de rebus ad medicinam conducentibus.

Tertium caput, De Naturis ſeptem Stellarum Erraticarū & de rebus quas habent.

Quartum, De egritudinibus quas cauſent Planetæ in quolibet ſigno, ſecundum diuerſitatem membrorum corporis.

Quintum. Docet quas partes corporis, quaſq; infirmitates quælibet domus habeat.

Sextum. De Dignitatibus Planetarum eſſentialibus, cum ſuis figuris.

Septimum. De dignitatibus accidentalibus Planetarum cum ſuis demonſtrationibus.

Octauum. De duodecim domibus cœli, & quid quælibet ſignificat.

## Capita Secundi Tractatus.

Primum Caput. De Complexionibus agnoſcendis iuxta mentem Aſtronomorum, cum exemplari declaratione.

Secundum. De Ponderibus medicinalibus.

Tertium. Electionem apti temporis medicandi ægrotos, & compaſſionatos in membris corporis, & hoc iuxta Decretum Aſtronomorum.

Quartum. Docet cauſam ægritudinis, & in qua parte ſit ægritudo, iuxta uiam Aſtronomicam, cum exemplari manuductione.

Quintum. Docet an Aegrotans liberabitur ab ægritudine uel non, iuxta pręcepta Aſtronomiæ, cum multis notabilibus regulis & exemplo, & an infirmitas ſit duratura.

Sextum. Docet exemplari manuductione, qualis ſit ægrotantis infirmitas, in quo membro corporis, & ex qua cauſa, & an morietur.

Septimum. De Medicinis Lenitiuis.

Octauum. De Vomitu, & quomodo uomitiua medicina conficiatur.

Nonum. De Suppoſitorijs, quomodoq; conficiantur.

Decimum. De Clyſterijs & regulis conficiendi Clyſteria.

Vndecimum. De Medicinis Digeſtiuis cum pulcherrimis regulis, & quomodo digeri debeant humores, quibuſq; medicinis, & quomodo Syrupi componi debeant.

Duodecimum. De Syrupis Magiſtralibus.

Tredecimum. De Solutiuis & medicinis Laxatiuis, cum exemplari documento, & de Pillulis.

Quartumdecimum. De medicinis Laxatiuis ſecundum doctrinam Aſtronomorum, cum pulchris regulis.

Quintumdecimum De modo procedendi in tempore electo ad phlebotomandū ſiue minuendū, iuxta uiam Aſtronomiæ, & de nōnullis uenis & regulis iudicandi ex ſanguine miſſo.

Sedecimum De Epithimatibus & locationibus, & extrinſecis medicinis cum regulis ſuis.

Decimumſeptimū. De Fomentationibus ſeu Embrocis.

Decimumoctauum. de Vngentis & Linimentis, cum pulcherrimis regulis.

Deci

Decimum nonum. De Cerotis.
Vigeſimum. De Emplaſtris.
Vigeſimum primum, de Confectionibus & electuarijs cō-ficiendis.
Vigeſimum ſecundum cap. de Mixturis.
Vigeſimum tertium, de Loch.
Vigeſimum quartum, de Trociſtis.
Vigeſimum quintum, de Peſſarijs.
Vigeſimum Sextum de Infuſionibus & decoctionibus.
Vigeſimum Septimum, de Compoſitione medicinarum cum notabilibus regulis.
Vigeſimum Octauum de Medicinis euacuantibus ab omnibus membris, & quæ membra ipſa fortificāt, aſt medicinis ducentibus ad membra.

Capita Tertij Tractatus.

Primum caput de Diffinitione & diuiſione Criſis.
Secundum, de Cauſis Criſium.
Tertium. Quod motus Criticus procedit ex influxu ſuperiorum corporum.
Quartum, de diſtinctione dierum Criticorum iuxta medicos, & quomodo a motu Lunæ ſumantur.
Quintum caput, de diebus prope ueritatem ſecundum Aſtronomos.
Caput Sextum, uia certa & Aſtronomica, Criticos docet inuenire dies.

Notabilia primæ partis urinæ.

Primum Notabile, docet inuenire locum Epatis.
Secundū, docet inuenire Almutes hora apportationis urinæ
Tertium, docet ſcire ſanitatem & ægritudinem domini urinę & an ſit maſculus uel fœmella, & in qua parte corporis ſit ægritudo.

Quartum oſtendit, quid Planetarum domus ſignificent.
Quintum, docet inuenire Almuten Epatis, & ex conſequenti Epatis diſpoſitionem.
Sextum de Contentis in urina.
Septimum de ſubſtantia & colore urinæ in ſpeciali.

## Conſyderationes Secundi Tractatus Vrinæ.

Prima Conſyderatio eſt de cognitione colorum urinæ.
Secunda, docet noſcere hominis urinam & alterius animalis
Tertia, an urina ſit uiri uel mulieris.
Quarta, an urina, ſit pueri uel alterius ætatis.
Quinta, quomodo noſcitur complexio per urinam.
Sexta, eſt de coloribus urinarum iudicium per aliquot regulas iuxta Medicorum traditionem.
Septima, eſt de contentis in urina.
Octaua, de Hypoſtaſi. Et hæc omnia ex uarijs Authorum ſententijs, in Medica arte approbatis.

# PRIMVS TRACTATVS ASTRONOMICALIS, IN OCTO Capitibus clauditur.

## PRIMVM CAVPT DEFINITIONES ASTRONOMIAE & Aſtrologiæ inſinuat.

PTholomeus primo quatripartiti duas dicit fore res magnas & præcipuas, quibus perficiuntur prognoſticationes ſtellarum. Quarum prima eſt, ſcientia Solis & Lunæ, nec non & quinqꝫ ſtellarum Erraticarum, figuras demonſtrãs, quas ſuoꝝ motuum cauſa, & unius ad aliam, eorũqꝫ ad terram collationem contingere manifeſtũ eſt. Et hæc res Aſtronomia dicetur a nomine Aſtron, quod ſtellam notat, & nomos, regula quaſi ſcientia de regulis & motibus ſtellarum, tractat enim de circulis & orbibus planetaꝝ, eorumqꝫ motibus. Solis & Lunæ deliquium manifeſtat rotunditatẽ terræ inueſtigat, longitudinis breuitatiſqꝫ diei, noctiſqꝫ cauſam aſſignat. Mundũ deniqꝫ in ſeptem climata diſtinguit. Ortus & occaſus ſignoꝝ rimat necnõ & ſtellaꝝ erraticaꝝ & fixaꝝ motus, eorũdemqꝫ applicationes unius ad alteram docet. Et hæc ſcientia ꝑ ſe eſt cõpleta ſine Aſtrologia, unde & quis addiſcere poteſt Aſtronomiã nõ intromittendo ſe de Aſtrologia. Secunda ꝟo res de qua Ptholomeus locutus eſt, Eſt ſcientia qua explanant̃ mutationes & opera quæ accidunt & cõplent̃ propter figuras circuitus earꝝ naturales, eis in rebus quas circundãt, & hæc res ſecunda Aſtrologia dicit̃, a nomine Aſtron & logos ſermo, quaſi ſcientia uel ſermo de ſtellis. Docet enim prognoſticare effectus, mutationes, & opera, quę contingunt ꝑ uarias configurationes, ſeu aſpectus planetaꝝ & ſtellarum in rebus inferio-

ribus, uti ſunt bella, Mortalitates, Chariſtia, pluuia, Toni-
trua, Ventus & alia iſtius mundi accidentia. Et Aſtrologia
per ſe non eſt ſcientia cõpleta, ſed præſupponit Aſtronomiã
nec homo poteſt ſcire Aſtrologiã ſine Aſtronomia. Nã aſtro
nomia eſt de cauſis, Aſtrologia, de effectibus, effectus eĩm ſci
ri nõ poſſunt niſi in cognitiõe cauſæ, res enim certa eſt corpo
ra cœleſtia rerũ inferiorũ eſſe cauſas, quinimo, ſecundũ diuer
ſam ſtellaꝝ adinuicẽ habitudinẽ diuerſi in hoc mundo præ-
ſignat effectus. Inquit Ptolomeus in libro Centũ uerboꝝ uer
bo nono, Vultus huius ſeculi ſubiecti ſũt uultibus cœli. Et in
fluxus cœli mutabilitatẽ & uariabilitatẽ recepit ex rebus, pri-
mo elementoꝝ ratiõe per quæ ad hęc inferiora dirigatur, aer eĩ
per quẽ fit influxus cœloꝝ, ad hæc inferiora nõ ſemp unifor-
miter ſe habet, ſed inſtabilis, eſt mutabilis, unde dixit Ptholo-
meus primo quadripⱦiti. Elemẽtũ aeris in quo fit operatio de
hac ſcientia nõ eſt ſtabile nec moratur de uno modo, & ꝓpter
hoc eſt graue intelligere apparatũ qui fit in aere. Secũdo, influ
xus cœloꝝ mutatᷓ ratione materiæ in quã ſuſcipitur, dicitur
enim ſexto Methaphiſicæ. Materia eſt radix cõtingentiæ &
uariationis, unde recte dicit Ptholo. in centũ uerbis, Verbo
quinto. Aſtronomus optimus multũ malũ prohibere poterit
qđ ex ſtellis uenturũ eſt, cũ caꝝ naturã præſciuerit, ſic enim
præmuniet eũ cui malũ futurũ eſt, ut poſſit illud pati. Tertio,
influxus cœli immutari poteſt uolunrate diuina, ſicut legitur
de Eſaia & Helia, quarto Reg. uigeſimo capite. Quoꝝ unus
impetrauit orationibus a deo, prolongationẽ diei, alter uero,
ut non plueret ſuper terram. Impetrauit & demũ Ezechias ui-
tæ prolõgationẽ annoꝝ quindecim. Vnde dixit auctor Iudi-
cum. Ipſe pius creator, naturam uolens naturauit, idem pius
quando uult naturam facit claudicare.

## CAPVT SECVNDVM DE DVODECIM ſignis naturiſq́ eorum, & quid habent de rebus ad Medicinam conducentibus

Aries

ARIES.primum ſignum. Eſt igneũ,callidum proprie,& ſiccum. appriate & præeſt calido & ſicco uegetatiuo ad uitam & ad incrementũ atq; ad nutrimẽtum animantium & germinum apto,maſculinũ,diurnũ,mobile,Equinoctiale. Vernale, Tortuoſum,Obliquum,Septentrionale,& eſt cor partis Oriẽtalis terræ,Et habet hæc infra ſcripta.

| | | |
|---|---|---|
| Caput | Dolorem dentium | Saporem dulcem |
| Faciem | Morpheam | Coloremruffum |
| Oculus | Epilepſiam | |
| Aureum | Maculas faciei | |

THAVRVS,ſecundum Signum. Imprimit frigiditatem & ſiccitatem temperatam, parum aut nihil impedientẽ ſed agris germinibus, uegetabilibus omnibuſq; animãtibus proficuũ Eſt Signum terreum,fœmineum,nocturnũ,meridionale, ſiniſtrum & tortuoſum. Et habet ſub ſe

Collum Scrofulas Infirmitates colli
Guttur Bocium Cholerã nigrã aliquantulum tẽperatã
Saporem dulcem cum ſtipticitate,ut in Gallis,
Colorem uiridem & album citrino mixtum.

GEMINI,Tertium ſignum. Agit in Aerem imprimendo in illũ caliditatem & humiditatem temperatam, confortantẽ naturam & calorẽ naturalem & indiuidua ſpecierũ, & facientẽ germinare ſemina. Eſt ſignum maſculinũ,diurnum,occidẽtale,dextrum,cõmune,tortuoſum & aereum. Et habet ſub ſe.

| | | |
|---|---|---|
| Spatulas | | Saporẽ dulciſſimũ |
| Bracbia | Et eorum ægritudines ex ſanguine | Colorem uariũ |
| Manus | | aut album rubeo mixtũ |

CANCER,quartum Signum. Frigidum & humidũ, temperatũ,idoneũ rerum naturæ & nutrimentis, habetq; humiditatem ſuſtentatiuã & temperatam, per quam fit motus naturę ad dãdum dulcedinẽ & nutrimentũ,quibus nutriuntur & uiuũt animalia & uegetabilia. Eſt & Signũ Fœminium,nocturnum cor ſeptentrionis,mobile,æſtiuũ ſolſticiale,& eſt ſignũ rectũ

Habet quoq; hæc infra.

| | | |
|---|---|---|
| Pectus | Impedimenta occulorum | Saporem acceto(ſum & ſalſum |
| Mamillas | Scabiem | |
| Ventrē ſuperiorē | Impetiginem | Colorem album Puluerium ſicuti eſt color fu(moſus |
| Splenem | Serpiginem | |
| Pulmonem | Lepram | Lentigines |
| Illarū q; partiū ægritudines | | maculas faciei |

Et iuxta Iuliū habet omnes cordis pcordiorū q; ægritudines

LEO, quintum Signum. Agit in ignem inferendo in illum caliditatem & ſiccitatem remotam a temperamento, ita quod ex illa remotione fit initium motus naturalis, ad impediendū fructus & folia arborū herbarumq;, & ad faciendū illa declinare ad latus deſtructiōis cū matureſcunt, quæ maturatio quo damodo deſtructio eſt, & quod tunc pauca ſemina ſint quę ger minēt. Eſt ſignum maſculinum, diurnū, fixum, rectum, igneū orientale, ſiniſtrum, Et habet hæc infra.

| | | |
|---|---|---|
| Pectus | | Saporem amarum & acutum |
| Cor | | Colorem croceum ad rubedinem |
| Stomachum | | tendentem & rubeum |
| Diaphragma | Et eorum infirmitates | |
| Coſtas | | |
| Spinam dorſi | | |

VIRGO, ſextum Signum. Agit in terram imprimendo in eam frigiditatem & ſiccitatem minus temperatā, magiſq; pro quinquam deſtructioni, gratia cuius, uegetabilia detrimentū & diminutionem patiunt, & retardentur herbæ, & cadunt arborum folia & deficiant, tamē non eſt eius frigus ita a tempamento remotū, quin licet quædā deſtruant, quędā tamen alia generent, & quædam ſemina germinent, & quædā herbæ nouiter creſcant & naſcantur. Eſt & ſignū Femininū, nocturnū, meridionale, dextrū, bicorporeū, cōmune, rectū, terreum, melancholicum, nocturnum, hæcq; infra ſibi ſubiacent.

Venter, Et illorum ægritudines & paſſiones, &
Inteſtina, Dyaphragma, omnes infirmitates cuius radices ſūt

ex Melancholia ſeu Cholera nigra.

LIBRA, Septimum ſignum. Agit in aerem inferendo in illum caliditatem & humiditatem diſtemperatã ipſum denſans & ſp.ſſans, faciens ipſum cõmixtum & uertibilem in indiuiduis & ſpeciebus, ſeminibus, herbis & frondibus arborũ. Eſt & maſculinũ, diurnũ, Cor Occidentale, mobile, æquinoctiale autumnale, rectum, aereum. Et habet

| | |
|---|---|
| Renes | Nates ab umbilico uſq; ad Clunes |
| Vertebras | Tenebroſitatem uiſus |
| Fœmora | Retentionem urinæ & ægeſtionum |
| Lumbos | Sanguinis fluxum per inferiora |
| Saporem dulcem | Colorem uiridem uiolaceumq; |

SCORPIO, octauum ſignum. Agit in aerem inferẽdo frigiditatem & humiditatem elongatã, a temperamento gignens potius corruptionẽ quam generationẽ. Eſt & fœmininũ, nocturnum, Septentrionale, Siniſtrũ, Mendoſum, Fixum Rectũ. Et habet ſub ſe.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Anum | Maculas faciei | Fiſtulas | Hæmorrhoidas |
| Pudenda | Scabiem | Difficultatem | Seceſſus |
| Lepram | Illen | | Calculum |
| Veſicam | Cancrum | | Tenaſmon |

Et a xxi. gradu uſq; ad xxiiij. indicat oculorum impedimẽta

SAGITTARIVS, Nonum ſignum, habet caliditatem & ſiccitatem remotam ab omni tẽperamẽto quæ faciũt ad deſtructionem ſeminum & herbarum. Et ad offenſionẽ multorꝝ animalium, Eſt & ſignũ Maſculinũ, diurnum, orientale, dextrum, rectũ, igneum & commune. Habet hæc infra.

| | | |
|---|---|---|
| Coxas | Febrem | A xv. gradu uſq; ad xviij. |
| Fæmora | Caſum ab alto | ſignificat impedimenta occulorꝝ |
| Verenda | Infirmitates occaſione malarum beſtiarum | |

CAPRICORNVS, Decimum ſignũ. Habet frigiditatẽ & ſiccitatem diſtemperatam, deſtruẽtẽ & mortificantẽ herbas, arbores & ſemina. Et ſi arbores frõdeſcant uel florẽt hoc

non niſi cauſaliter fit. Et ſignum Fœminiū, nocturnū cor meridionale, ſolſticiale, hyemale, mobile, tortuoſum, terreū, melancholicum. Et habet hæc infra.

Genua eiuſq; ægritudines.

Scabiem Caliginem occulorum
Lepram Febres
Amiſſionem loquelæ Fluxum ſanguinis per inferiora
Mutitatem Et a xxij. gradu uſq; ad xxv.
Surditatem ſignificat impedimenta occulorum
Saporem amarum pōticum Colorem nigrum puluerinum

AQVARIVS, Vndecimum ſignum. Habet caliditatem & humiditatem diſtemperatā, nociuam & impedientem, deſtruētem, indiuidua ſpecierū ſemina & uegetabilia. Eſt ſignū maſculinū, diurnum, occidentale, ſiniſtrū, fixum, tortuoſum aereum, Et habet hæc ſequentia. Tibias cum ſuis morbis Icteritiam nigram Venarum inciſiones A xx. gradu uſq; ad xxv. ſignificat ſuper oculorum dolores Colorem uiridem Citrinum & puluerinum. PISCES. Duodecimum ſignū Agit frigiditatem & humiditatem diſtemperatā & nociuā p quam fit motus naturæ ad deſtruendum animalia ꝓpter corruptionē & amaritudinē & fæditatē, quas infert actus Piſcis in aquam. Et eſt ſignum Fœminium, nocturnū, ſeptentrionale, dextrum, bicorporeum, tortuoſum, aqueum, mutū. & habet Pedes. & ægritudines pedum, podagram, Scabiem Lepram, Paralyſim. Et eſt ſignū omnino morboſum & phlegmaticum. Saporem acutum, ſalſum, inſipidum Colorem uiridem, album.

## CAPVT TETIVM DE NATVRIS ſeptem Stellarum Erraticarum. Et de rebus quas habent.

SATVRNVS, Eſt frigidus & ſiccus, non mutans frigiditatē, quia eſt qualitas actiua, ſed quandoq; ſiccitatē quæ eſt qualitas

litas paſſiua, fit quandoq; ex accidenti humidus, dicitur & infortuna maior diurnus & maſculinus. & hẽt infra ſcripta.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cucurbitas | Arbores ſpecioſas fructu carentes | | |
| Cucumeres | Cincinum | Caſſeam | Abſinthium |
| Glandes | Rutam | Dextram | Aurem |
| Palmam | Cepas | Splenem | Veſicam |
| Vites | Aloen | Cholerã nigrã | Atram bilem |
| Mirrham | Ceruſam | Phthiſim | Paralyſim |
| Storacem | Colognitã | Catarrhum | Hydropiſim |
| Ictericiã nigrã | Ventris ſolutionẽ. | Cancrũ | Spaſmũ |

Tremorem Peſtiferum humorem. Et ægritudines q̃ frigoris occaſione proueniant. Saporẽ ponticũ ſeu ſtipticũ linguam ſtringens. Colorẽ nigrũ, puluerinum ſiue cinericium.

IVPITER ſecundus in ordine Planetarũ, operat̃ per ſuam naturam caliditatẽ & humiditatem temperatã, aeream & ſanguineam, & eſt fortuna maior diurnus maſculinus. Eſt & Iupit hũidus ꝓprie & calidus apꝓpriate. Et hẽt hęc ĩfra ſcripta.

| | | |
|---|---|---|
| Nuces | Crocum | Aurem ſiniſtram |
| Amigdalas | Sandalũ Croceum | Epar |
| Fiſticos | Camphoram | Coſtas |
| Pineas | Macem | Pulmonem |
| Muſcum | Zuccarum | Sperma cũ ſanguine |
| Ambram | Mentham herbam | Squinantiam |
| Roſam | Herbas odoriferas | Peripneumoniam |
| Spaſmum | Cephaleam | Lethargum |
| Cordiacam | Apoplexiam. | |

Et generaliter oẽs infirmitates prouenientes ex abundantia ſanguinis & eius corruptione, ſubito tamen tranſeuntes.

Saporem dulcem, Colorem rubeum ad album declinantẽ & uiridem. Citrinũ ceu glaucũ, alij plauiũ cœleſtinũ & Brunũ.

MARS, Operat̃ per ſuam naturã calorem & ſiccitatem diſtemperatã, igneam & cholericã. Eſt tñ ſiccus proprie & calidus appropriate. Et eſt Mars infortuna minor, nocturnus,

Maſculinus. Et habet hæc.

Piper Cicutam Alleum
Scamoneam Coconidon Sandalum rubeum
Ciminum Raphanum Vinum rubeum
Euforbium Porum Narem dextram
Sinapium Praſſium Epar cum Ioue
Febrem tertianam, continuam Cauſonem
Empimam Hemicraneam Eriſipelam
Ignem ſacrum Apoſtemata rubicunda
Infirmitateſq; fellis. Et omne incommodum ex nimio calore & meatu ſanguinis prouenieus.

SOL. operatur calorē & ſiccitatem temperatam, bonus cū bonis aſpectibus aliorum. Malus in aſpectu malorum, maſculinus, diurnus. Et habet.

Palmas Oliuas Dactilos Ficus
Mora Ceruſa Laurum Roſas
Flores roris marini Poma Crocum
Spicanardi Lignum aloes Sandalum
Omnes ſpecies callidas & ſiccitas uinum citrinum
Oculum dextrum Cerebrum Medullam
Cor Neruos Dextram partem totius corporis
Choleram rubeam Egritudines oris
Rheuma & fluxum ad oculos Catarrhactam
Commeſtionē carnium in ore Frigiditatē ſtomachi & epatis
Molliciem ægeſtionis Fiſtulas Puſtulas matricis & partiū inferiorum Colorem rubeum Saporem pungitiuum.

VENVS, frigida & humida tēperate fortuna minor, & habet Crocum Roſas Dactilos
Muſcum Ambram Balſamum Margaritas
Marem dextram Epar Vmbilicum Anchos
Renes Spinam dorſi Pudibunda Vuluam
Matricem Sperma Fiſtulas Aegritudines circa genitalia.
Molles ægeſtiones ſanguinis frigiditatem ſtomachi Epatis

Cordis

Cordis apoſtema Saporem dulcem inſipidum Colorem album declinantem ad uiriditatem.

MERCVRIVS, planetarum ſextus, in maiori parte deſiccat, & æqualiter humectat. Deſiccat enim cum Soli applicet, eſt & tunc opus ſuum in calefaciendo, & ſiccado, ſed eius humectare eſt propter uim ſuam, qua cōmiſcetur cum illa Lunæ, quæ eſt poſita ſub eo. Et eſt opus ſuum ſicut opus Lunę, unde & cōuertibilis naturæ dicitur, cum bonis bonus, cū malis malus, cum maſculinis maſculus, cū fœmininis fœmella & ſic de alijs. Et habet hæc infra ſcripta.

| | | |
|---|---|---|
| Bombacem | Cerebrum | Vomitum |
| Piper | Liguam | Febrem quotidianam |
| Zinziber | Os | Pthiſim |
| Spicanardi | Nares | Maniam melancholia |
| Gummi | Neruos | Epilepſiam |
| Fel | Tuſſim Sputi abundantiā | Et alias ægri- |

tudines quæ ex incognita ſiccitate proueniunt.

LVNA, ultima ſtellarum Erraticarum. Eſt frigida & humida, parumque calefacit, maior tamen eius uis eſt humectare. Quod autē aliquantulū calefacit, ſenſus indicat de uermibus, qui in lardo, quē lunares radij attingunt, generant. Calidū eīm agens in humidum, uiſcoſum & pingue facit putredinē, ex qua animalia generantur. Et habet hæc infra.

Cucurbitas Melones Cucumeres Citrullos Oculum ſiniſtrum Stomachum Ventrem Mulierum pudenda Pectus & latus ſiniſtrum corporis Paralyſim Guttam caducam Vultus obliquitatem Membrorum cōmotionē, & ægritudines ex neruorum oppilatiōibus prouenietes.

## CAPVT QVARTVM De ægritudinibus quas cauſant planetæ in quolibet ſigno, ſecundū diuerſitatem mēbrorum corporis.

HAabet namque Planetę ſpeciales influētias ſup humani corporis mēbra ob exiſtentiā eorum in ſignis, ut in Ariete, Sa-

turnus habet pectus. Iupiter uentrem. Mars caput. Sol fœmora. Venus pedes. Mercurius crura. Luna genua. Et ſic de alijs Planetis, ut ſequens figura oſtendit.

| | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | Pectus | Ventre | Caput | Femora | Pedes | Crura | Caput Genua |
| ♉ | Ventre | Dorſum | Collum | Genua | Caput | Pedes | Collum Crura |
| ♊ | uentrem | uerenda, ſuccede | Pectus | Crura Talos | Collum | Caput | Brachia Hu. Fe. |
| ♋ | Virilia | Femora | Pectus | Pedes | barc cor Hume. | oculus Guttur | ca. pect ſtomach |
| ♌ | Verenda | Genua Femora | uentrem | Caput | Cor | Guttur Hume. | coll. cor ſtomach |
| ♍ | Pedes | genua ſuccede | uentrem | Collum | Ventre. ſtomach | Cor | humeroſ dyaphra |
| ♎ | genua | Caput oculus | uerenda | Hume. | Caput | uentrem | Cor Ilia Nates |
| ♏ | cauillas | Pedes | Ca. bra. Femora | Cor | uerenda ſuccede. | Dorſum | uentrem uerenda |
| ♐ | Pedes | Caput Crura | Manus Pedes | uentrem | brachia Femora | Cor uerenda | Dorſum Femora |
| ♑ | Caput Pedes | Oculos Genua | Hume. Crura | Dorſum | Cor Femora | uerenda ſuccede | femora Genua |
| ♒ | Caput collum | Hume. pect pe | cauillas | Veren. | Genua | Cor femora | uerenda Tibias |
| ♓ | coll. hu rebias | Caput Cor | uentrem Cauill. | femora | collum Dorſum | uerend. Crura | femora Pedes |

## CAPVT QVINTVM DOCET QVAS PARTES corporis, quaſq; infirmitates quælibet domus habeat.

Diſtinxerunt Aſtrorum periti, totum Globum cœli in partes duodecim, quas domos cœli uocauere. quarum ſex ſemper ſupra Horizõta uiſui ſe præbent, aliæ uero ſex ſub Horizonte occultantur, de quibus latius in ſequētibus tractabitur. Et his domibus attribuūtur ſingulatim membra corporis humani, ita quod prima domus habeat Caput, oculos, faciem, aures polipum oriſq; fœtorem. Secunda domus, collum, guttur, glãdulas, & ſic de ſingulis, ut infra.

PRIMA Domus, habet caput, oculos, faciem, aures, polipum oriſq; fœtorem.

SECVNDA Domus, collum guttur, glandulas.

TERTIA Domus, humeros, brachia, manus.

QVARTA, pectus, Pulmonem, Iſophagum, Splenem.

QVINTA, Stomachum, Epar, Cor, Neruos, Latera, Dorſū.

SEXTA, Inferiorē, uentrē, cū iteſtinis, colon uſq; ad podieē.

SEPTIMA, ab umbilico uſq; ad clunes, cum Ilijs, femoribus, renibus & lumbis.

OCTAVA, Veſicam, pectinen, genitalia, ſpinam dorſi, Ileon, tenaſmon, ſtranguiriam, calculum, hęmorrhoidas

NONA, Chima Epatis, coxarum medietatem cum clune.

DECIMA, Coxarum pertem inferiorem & genua.

VNDECIMA, Crura uſq; ad talos.

DVODECIMA, Pedes cum podagra.

## CAPVT SEXTVM DE DIGNITATIbus Planetarum eſſentialibus.

ASTRORVM, obſeruatores binas poteſtates ſeu dignitates attribuere ſtellis Erraticis, eſſentiales & accidētales. Dignitas eſſentialis, attribuitur ſtellæ ratione ſuæ propriæ naturæ, necnon & ſignorum & ſtellarum fixarum, quæ ſunt de na

tura & eſſentia ſua, ut Sol cum in Leone de uoluitur, dicitur eſſe in dignitate & poteſtate ſua eſſentiali, quoniam in Leone multæ ſunt ſtellæ fixæ de Solis natura, quæ fortificant naturā eius quintupliciter. Simili modo dicetur de Luna, cū in Cancro reperitur, omne eīm ſimile ſuo addito, ſimili ipſum fortificat. Accidentalis ūo dignitas, non ineſt Planetis a proprijs naturis eorū, ſed illis aduenіet, aut ratiōe domorū cœli, aut in compatione unius ad alterum, ſicuti ſunt gaudia planetarum Orientalitas, Occidentalitas, Septentrionalitas, Meridionalitas, Almugea, Ductoria, Combuſtio, & ſic de alijs, de quibus infra. Et ſunt quinq; dignitates eſſentiales Planetarū. Domus uidelicet, exaltatio, triplicitas, terminus & facies. Et cū Planeta reperitur in ſua domo, fortificatur eius operatio quintupliciter. Sed ſi comperitur in ſua exaltatione, quadruplicatur fortitudo eius. Si in triplicitate, triplicatur. Si in termino ſuo fuerit duplat. Sed ſi faciem ſuam poſſideat, tunc additur illi una poteſtas, ſuper ſuam naturalem poteſtatem.

DE PRIMA DIGNITATE, quæ domus appellatur Ex uetuſta antiquiorū obſeruatione, ſingulariq; fortitudinis Planetarū experientia, de duodecim ſignis zodaici, Capricornus & Aquarius pro domicilijs Saturni deputati ſunt. Aries uero & Scorpius, pro domicilijs Martis, & ſic de alijs, ut in figura ſequenti

Tabula de domibus Planetarum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sol | habet domum in | Leone | ♌ |
| Luna | | Cancro | ♋ |
| Saturnus | | Capricorno, Aqua. | ♑ ♒ |
| Iupiter | | Sagittario, Piſcibus | ♐ ♓ |
| Mars | | Ariete, Scorpione | ♈ ♏ |
| Venus | | Thauro, Libra | ♉ ♎ |
| Mercurius | | Geminis, Virgine | ♍ ♊ |

Et Planeta exiſtens in domo ſua, eſt ſimilis uiro in domo ſua, & in dominio ſuo exiſtente.

SECVN

SECVNDA DIGNITAS, eſſentialis eſt exaltatio, habent Planetæ aliquot certos gradus in ſignis, in quibus cum reperiantur, dicuntur eſſe in ſuis exaltationibus, & creator & factor optimus ( iuxta Hermetis doctrinam ) fecit & creauit hos Planetas, in initio creationis, in gradibus exaltationis ſuę & dicit Ptholomeus, quod exaltatio Planetæ eſt in toto ſigno. Alij uero dicunt eos ſolum exaltari in gradibus certis ſigni, ut in figura ſequenti. Et ſignum oppoſitum ſigno exaltationis, dicitur caſus eius, uel deſcenſio Planetæ, aut eius dedecus. Et Planeta in ſua exaltatione eſt ſicut uir in gloria & regno ſuo exiſtens.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sol | ♈ 19 | | ♎ 19 |
| Luna | ♉ 3 | | ♏ 3 |
| Saturnus | ♎ 20 | | ♈ 20 |
| Iupiter | ♋ 15 | | ♑ 15 |
| Mars | ♑ 20 | Eorum caſus eſt in | ♋ 20 |
| Venus | ♓ 21 | | ♍ 21 |
| Mercurius | ♍ 15 | | ♓ 15 |
| Caput | ☊ ♊ 3 | | ♐ 3 |
| Cauda | ☋ ♐ 3 | | ♊ 3 |
| Exalcatio | | | Caſus |

TRIPLICITAS, tertia dignitas Planetæ, attentitur penes quadruplicem ſignorum diuiſionem, ſecundum numerũ elementorum, ita quod prima triplicitas quæ ex Ariete, Leone & Sagittario cõſtituitur, elemento ignis attribuitur, nam ſicut ignis eſt calidus & ſiccus, ſic hęc tria ſigna, & hanc triplicitatem gubernant in die, Sol, Iupiter, Saturnus. In nocte, Sol Iupiter, Saturnus, & hæc triplicitas Oriẽtali plagæ præ eſt, ita, quod Aries tenet cor Orientis, Leo ſiniſtrã partem, & Sagittarius dextram; Et ſic de alijs triplicitatibus, ut in figura ſequenti.

## TABVLA TRIPLICITATVM

| Triplicitas | | Die | Nocte | | Signum | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ignea | ☉ | ☉ | ♃ | | ♌ | habet | Cor |
| | Iu | ♃ | ☉ | | ♌ | | ſiniſt. ptē oriē. |
| | Sa | ♄ | ♄ | | ♐ | | Dextram |
| Tripli citas terrea | Ve | ♀ | ☽ | | ♉ | habet | ſiniſtram |
| | Lu | ☽ | ♀ | | ♍ | | dex. ptē merid |
| | Ma | ♂ | ♂ | | ♑ | | Cor |
| Area | Sa | ♄ | ☿ | | ♓ | habet | Dextram |
| | Me | ☿ | ♄ | | ♎ | | Cor ptē Occi. |
| | Iu | ♃ | ♃ | | ♒ | | Siniſtram |
| Aquea | Ve | ♀ | ♂ | | ♋ | habet | Cor |
| | Ma | ♂ | ♀ | | ♏ | | ſiniſt. ptē Sept. |
| | Lu | ☽ | ☽ | | ♓ | | Dextram |

Si ſcire deſyderas quæ ſit pars Oriētis dextra aut ſiniſtra, uertas faciem tuā uerſus Orientem, & manus dextra indicat partem dextram, ſiniſtraq; ſiniſtram, & ſic de alijs partibus cœli, ut in figura. Et planeta in ſua triplicitate, eſt ſimilis uiro qui inter amicos ſuos & auxiliatores & ſeruos.



TERMINVS quarta eſſentialis dignitas. Sunt & certi gradus ſignorum, in quibus cum Planeta comperitur, dicitur eſſe in ſuo termino, ubi & poteſtas eius triplicabitur. Verbi gratia Cum iupiter reperitur in primis ſex gradibus ſigni Arietis, dicitur eſſe in ſuo termino. De hinc Venus habet terminū a ſexto gradu Arietis, uſq; in duodecimum gradum. Poſtea Mercurius a duodecimo gradu, uſq; ad uiceſimum, ſuum terminū poſſidebit. Mars deniq; a uiceſimo gradu uſq; in xxv. in termino ſuo eſſe dicitur. Poſtremū, Saturnus a xxv. gradu Arietis, uſq; in xxx. in termino eſſe dicitur. Et ſic de alijs ſignis & Planetis, uti ſubſequens tibi figura inſinuat.
Et idem eſt terminus & finis Planetæ. Et aſſimilabitur Planeta exiſtenti in termino ſuo, uiro exiſtenti inter parētes & cognatos, & gentem ſuam.

Tabula Terminorꝫ ſecundū Ptholomeum & Aegyptios.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♃ | 6 | ♀ | 6 | ☿ | 8 | ♂ | 5 | ♄ | 5 |
| ♉ | ♀ | 8 | ☿ | 6 | ♃ | 8 | ♄ | 5 | ♂ | 3 |
| ♊ | ☿ | 6 | ♃ | 6 | ♀ | 5 | ♂ | 7 | ♄ | 6 |
| ♋ | ♂ | 7 | ♀ | 6 | ☿ | 6 | ♃ | 7 | ♄ | 4 |
| ♌ | ♃ | 6 | ♀ | 5 | ♄ | 7 | ☿ | 6 | ♂ | 6 |
| ♍ | ☿ | 7 | ♀ | 17 | ♃ | 4 | ♂ | 7 | ♄ | 2 |
| ♎ | ♄ | 6 | ☿ | 8 | ♃ | 7 | ♀ | 7 | ♂ | 2 |
| ♏ | ♂ | 7 | ♀ | 4 | ☿ | 8 | ♃ | 5 | ♄ | 6 |
| ♐ | ♃ | 12 | ♀ | 5 | ☿ | 4 | ♄ | 5 | ♂ | 4 |
| ♑ | ♀ | 7 | ♃ | 7 | ♀ | 8 | ♄ | 4 | ♀ | 4 |
| ♒ | ☿ | 7 | ♀ | 6 | ♃ | 7 | ♂ | 5 | ♄ | 5 |
| ♓ | ♀ | 12 | ♃ | 4 | ☿ | 3 | ♀ | 9 | ♄ | 2 |

QVINTA ESSENTIALIS DIGNITAS, Eſt facies quæ eſt ternario diuiſio ſigni, continens decem gradus, quos Planetę diuiſim ſecūdū corꝫ ordinē gubernāt, dādo primā faciē arietis, marti, ſecūdā ſoli, tertiā ueneri, ut in figura ſequēti

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♂ | 10 | ☉ | 10 | ♀ | 10 |
| ♉ | ☿ | 10 | ☽ | 10 | ♄ | 10 |
| ♊ | ♃ | 10 | ♂ | 10 | ☉ | 10 |
| ♋ | ♀ | 10 | ☿ | 10 | ☽ | 10 |
| ♌ | ♄ | 10 | ♃ | 10 | ♂ | 10 |
| ♍ | ☉ | 10 | ♀ | 10 | ☿ | 10 |
| ♎ | ☽ | 10 | ♄ | 10 | ♃ | 10 |
| ♏ | ♂ | 10 | ☉ | 10 | ♀ | 10 |
| ♐ | ☿ | 10 | ☽ | 10 | ♄ | 10 |
| ♑ | ♃ | 10 | ♂ | 10 | ☉ | 10 |
| ♒ | ♀ | 10 | ☿ | 10 | ☽ | 10 |
| ♓ | ♄ | 10 | ♃ | 10 | ♂ | 10 |

Et Planeta exiſtens in ſua facie, ē ſimilis uero qui uiuit inter gentes multum notas, ſicut Aduena, qui uiuit inter eas, ex arte atq; magiſterio ſuo.

## CAPVT SEPTIMVM DE DIGNItatibus accidentalibus Planetarum.

ET ſi multæ accidant Planetis dignitates, ego tamen ex eis, quas magis noſtro ꝓpoſito conducere exiſtimabam mediciṅæ, ſtudioſis aperire decreui. Et primo de gaudijs Planetarꝛ Si gaudium attenditis, quo ad principalem domū Planetæ ſic eſt dignitas eſſentialis, quo modo dicimus Saturnum gaudere in Aquario, Iouem in Sagittario &c. Sed ſi attēditur gaudiū quo ad duodecim domos cœli, & ſic eſt dignitas accidentalis quomodo Saturnus in duodecima domo, gaudet Iupiter in undecima, ut in figura ſequenti·

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Saturnus | gaudet in | Aquario | gaudetq; in domo | 12 |
| Iupiter | | Sagittario | | 11 |
| Mars | | Scorpione | | 6 |
| Sol | | Leone | | 9 |
| Venus | | Tauro | | 5 |
| Mercurius | | Virgine | | 1 |
| Luna | | Cancro | | 3 |

Et Planeta cū reperitur in gaudio ſuo fortificatur eius uirtus, ſuumq; ſignificatum.

De

De amicitia planetarum. Sunt & planetæ ſe diligentes & odientes, uti antiquorum docuit experientia. Et ſi Planetæ inimici iuncti fuerint, contrarios adducunt effectus, iuxta tamen fortioris naturam, uti in ſequentibus clarius elucidabitur. Sed ſi amicus amico aſſociabitur, ſi ſunt boni augmentabitur eorum operatio, in bono; nec unus alteri in operando reſiſtet, attamen ſi inter amicos unus malus eſt, alter bonus, tunc bonus partim mitigat maliciam mali, hancq́ amicitiam & cōtrarietatem in ſequenti ſecernes.

Amici

Saturni {♃ ☉} eius inimici {♂ ♀ magis}

Iouis omnes Planetæ præterquam ♂

Martis ♀ alij ipſum odio habēt pluſq́ ♃ ☉

Solis {♃ ♀} eius inimici {☿ ☽}

Veneris omneſq́ Planetæ pręterq́ ♄

Mercurij {♃ ♀ ♄} Inimici {☉ ☽ ♂}

Capitis Draconis {♃ ♀} Inimici {♄ ♂}

Caudæ Draconis {♄ ♂} Inimici {♃ ☉ ♀ ☽}

Dicuntur etiam Planetę inimici qui habent domos oppoſitos, ut Saturnus & luna, nam Cancer domus Lunæ opponit Capricorno domui Saturni. Sic ſimili modo Saturnus & Sol & alij Planetę habētes domos ex aduerſo. Eſt & inimicitia planetarū ratione exaltationū ſuarū, ſic Iupiter inimicatur Mar-

ti,cum eius exaltatio ſit in Cancro,& Martis in Capricorno, quæ ſunt ſigna oppoſita,maior tamen & fortior Planetarum amicitia eſt,ut concordat Planeta cum Planeta in natura,qualitate,ſubſtantia & poteſtate,& hoc modo Mars cõcordat cũ Sole,quia uterq; calidus & ſiccus & leuis,& ẽ Mars dominus domus exaltationis Solis,in qua apparet eius fortitudo, Ita etiam Venus & Luna in frigore & humiditate concordant,& eſt uenus domina domus exaltationis Lunæ,Iuptier etiam & Venus concordant innatura & ſubſtantia,quare etiam amici= dicitur.

## DE ORIENTALITATE ET OCCIDENTALItate in reſpectu ad Solem.

Planeta qui oritur ante Solem,Orientalis dicitur qui autem poſt Solis ortum ſupra horizonta emergetur.Occidẽtalisu o= cetur.Saturnus uero,Iupiter & Mars orientales fortificantur Occidentales debiles ſunt.Venus autem et Mercurius,per occidentalitatem fortificantur & debiles erunt in occiduo ortu, Eſt & alia dignitas Hays appellata.Et ẽ quãdo Planeta maſculinus de die eſt ſupra terrã,in ſigno maſculino in nocte ſub terra.Et Planeta femininus,in ſigno feminĩo de nocte ſupra terram,& de die ſupra terra.Et illud quod aſſimilatur Hay s,eſt quod Planeta maſculinus in ſigno deuoluitur maſculino,& femininus in ſigno feminino.Et quod Planeta diurnus de die ſit ſupra terram,& nocturnus de nocte ſub terra,

Almugeia dicitur faciei ad faciem uiſio,reſpectu duorũ luminarum,& eſt ut ſit inter unum quem q; Planetam & Solem & lunam,ex longitudine quantum eſt inter ipſius domum & domum Solis aut Lunæ,ita ut a Sole Occidentalis foret,& a Luna Orientalis,gratia exempli. Libra quæ eſt domus Veneris,eſt tertium ſignum a Leone,qui eſt domus Solis, Cum igitur Venus eſſet in tertio ſigno a Sole, computando ſecundũ ſignorum ſucceſſionem , ut ponendo Solem in Geminis & Venerem in Leone,tũc Sol dicitur uidere Venerem de facie

in faciem, & dicitur tunc Venus in Almugeia Solis. De luna hoc breue accipies. Virgo quę eſt domus Mercurij, eſt tertiũ ſignum a domo Lunæ, ſcilicet a Cancro, Cum ergo Luna fuerit in tertio ſigno, a Mercurio computando ſecundum ſignorum conſequētiam, ut ponendo Lunã in Sagittario, & Mercurium in Libra, Orientalem uidere dicitur Mercurium de facie in faciem, qui tunc in Almugeia Lunæ dicitur, & ſic de alijs Planetis. Et Planeta in ſua Hays, eſt tam fortis ac ſi eſſet in domo propria.

Tabula Viſionis Planetarum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Saturnus in | 6 / 8 | ſigno a | ☉ / ☽ |
| Iupiter in | 5 / 9 | ſigno a | ☉ / ☽ |
| Mars in | 4 / 10 | ſigno a | ☉ / ☽ |
| Venus in | 3 / 11 | ſigno a | ☉ / ☽ |
| Mercurius in | 2 / 12 | ſigno a | ☉ / ☽ |
| Luna in | 3 | ſigno a | ☿ |

Combuſtio. Planeta intrans radios Solis, combuſtus dicitur, donec a Sole elongatur quindecim gradibus, nam per tot gradus radij Solis ante & retro extenduntur.

Oppreſſio. Planeta oppreſſus dicitur, quãdo minus duodecim gradibus circa Solem reperitur.

Vacuitas curſu, Planeta uacuus curſu dicitur, quando ſeparatur ab uno Planeta, & nulli alteri iungitur quam diu in hoc ſigno fuerit.

Eſſe in lumine Planeta dicitur, quando nocturnus Planeta fuerit ſignificator in nocte, & diurnus ſignificator in die.

Obſeſſio, Planeta obſeſſus dicitur, cū fuerit inter duos malos, et ſeparatus ab uno & iunctus alteri abſq; proiectione radiorum alterius Planetę inter eos, & eo fortius & deterius obſidetur ſi fuerit ſeparatio à coniunctione a ſeptem gradibus uel infra, ut ponendo Martem in x gradu Cancri, & Saturnū in 18. gradu Arietis, & Lunam in xiiij. gradu Libræ ſeparatā a quarto aſpectu Martis, & iunctam Saturno ab oppoſitione, erit tūc Luna obſeſſa. Aut quando Saturnus fuerit in x. gradu Arietis & Luna in xij. gradu Arietis, ſeparata à Saturno & applicans Marti exiſtenti in xiij. gradu Cancri, & ſic de alijs.

Coniunctio, Planeta dicitur coniunctus alteri, quando fuerit cum eo in uno ſigno & gradu atq; minuto, & hæc eſt ueriſſima cōiunctio. Aut cum aſpexerit Planeta Planetam, & ſuo lumine percuſſerit gradum illius, dicitur coniungi illi, & niſi percutiat cum lumine ſuo, non uocatur ei coniunctus, ſed uadēs ad cōiunctionē, exempli cauſa. Sit Sol in primo gradu geminorū, cuius radij extenduntur xv. gradibus, & ſit Saturnus in xiiij. gradu eiuſdem ſigni, in hoc caſu Sol & Saturnus dicūtur cōiuncti et hac cōiunctione utuntur cōmuniter prognoſticantes aeris mutationē, & alia quæ in anno contingunt accidētia. De primo autem modo coniūctionis loquuntur, qui ex hominis natiuitate futura prędicūt, ubi directionibus unius gradus error anni errorem cauſabit. Sunt demum & nonnulli largius quam prędicti coniunctionem ſtellarum erraticarum accipientes, qui planetas coniunctos eſſe uolunt, cum ſe radijs ſuis attingunt, ut cum Sol fuerit in primo gradu Arietis proijciens radios ſuos ad gradus xv. & Saturnus ſit in xxij. gradu Arietis, proijciens radios ſiniſtrorſum ad nonum gradū in hoc

caſu iuncti

caſu iuncti ſunt amborum Planetarum radij, quare & ipſi iun cti dicuntur, & ex hoc eueniet quod effectus Planetarū in cō iunctionibus quandoq; anticipantur cum ſe radijs attingunt, quod & ego ſępius in mutationibus aëris expertus ſum.

Sol radij ☉ xv. radij ♄ ♄ xxij.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . gradus xxx

| | | | |
|---|---|---|---|
| Saturnus | ♄ | Proijcit radios ad | 9 |
| Iupiter | ♃ | | 9 |
| Mars | ♂ | | 8 |
| Sol | ☉ | | 15 |
| Venus | ♀ | | 7 |
| Mercurius | ☿ | | 7 |
| Luna | ☽ | | 12 |

gradus ante & retro Applicatio, dicitur quā do leuior diſtat a' pōde roſiori tantum, quantū eius radij extenduntur, ut cum Iupiter fuerit in primo gradu Tauri, & Saturnus in nono, Iupi ter in hoc caſu proijciens radios ſuos, nouē gradus ante & poſt dicitur applicare Saturno, & petere eius coniunctionem.

Separatio. Separatus dicitur Planeta a' Planeta in cōiuncti one, quando elongatur ab eo per quātitatem graduum ſuorū radiorum, ut ſi iunctus fuerit Saturnus & Mars in primo gra du Scorpionis, & Mars deuenerit ad octauum Scorpionis, ſe paratus dicitur a Saturno. Alij dicunt, quando leuior receſſe rit a ponderoſo per unum minutum, quod dicatur tūc ſepara tus, primus tamen modus plus rationabilis eſt.

Prohibitio dupliciter accipitur, uno modo ut ſunt tres uel plures Planetæ in uno ſigno diuerſiſq; gradibus, tunc medius prohibet illum qui eſt minus gradibus, ne iungatur pondero ſiori donec tranſeat eum, ut ponatur Saturnus in xxij. gradu Scorpionis, & Iupiter in xiiij. gradu & Luna in xviij. gradu. In hoc caſu Iupiter petit coniungi Saturno, quam Luna in me dio exiſtens prohibet.

Alio modo accipitur prohibitio, ex parte reſpectu, hoc eſt, quod ſint duo Planetę in uno ſigno, & leuior iungatur pōde

roſiori & alter Planetę iungatur eidem Planetæ ponderioſo, per aſpectum. Ille ergo qui fuit in uno ſigno, cum eo prohibibet aſpicientem, & deſtruit coniunctionem eius, ſi fuerint gradus eorum ęquales, ſi uero fuerint gradus aſpicientis propinquiores coniunctioni, quam gradus illius q ei cõiungitur, erit coniunctio aſpicientis quia iungitur illi ante coniunctionẽ alterius. Exemplo rem melius apprehendes. Sit Saturnus in duodecimo ♍. & Mars in octauo gradu eiuſdem, & Iupiter proiicet radios Trinos ex Tauro ad octauum gradum ♍, in hoc caſu Mars prohibet aſpectum Iouis. Quod ſi Iupiter proijciet radios ſuos ad nonum gradum ♍, aſpiceret Saturnum, & prohiberet coniunctionem Martis. Sed cum proijceret Iupiter radios ad ſeptimũ gradum Virginis, tunc diceret Mars coniungi Saturno, & prohibere aſpectum Iouis,

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Mars | | 8 | | △ | |
| | in | 6 | Virginis | Iupiter 8 | ♉ |
| Saturnus | | 12 | | | |

Tranſlatio Luminis duobus ſit modis, Primo, ut ſeparetur Leuis Planeta a ponderoſo & alter iũgatur, & tunc naturam eius a quo ſeparatur tranſfert ad illum cui iungitur,

Alio modo ſit tranſlatio, quando coniungitur Planeta Leuis ponderoſo, & ille põderoſus adhuc alteri Planetæ iungit tunc Planeta ponderoſus tranſfert naturam leuis, ad eum cui iungitur, ut loco exempli ponatur quod Luna aſpiciat Iouem & Iuppiter etiam aſpiciat Saturnum in iſto caſu Iupiter tranſfert naturam Lunæ ad Saturnum.

Redditus Luminis, Fit quando Planetæ ita diſponentur quod unus eorum alteri non iungitur, ſed ambo iungãtur alicui tertio, tunc cum ille tertius aſpiciet aliquem locum ex locis circuli, tunc proijciet lumen illorum duorum ad pręfatum locum, & ſi aliquis Planeta fuerit in loco radiorum ſuoꝝ, red

det illi lumen illorum duorum. Exemplum, ſit Sol in Capricorno & Venus in Piſcibus & in nullo aſpectu, & Mars in Cancro aſpiciens Solem oppoſito aſpectu, et Venerem de trino in hoc caſu Mars recipit lumen Solis & Veneris, & reddit lumina eorum ad locum circuli, in quibus ſunt radij Martis, ſcilicet ad uirginem, Libram & Scorpionem. Aſpicit enim Mars Virginem Sextili, Libram quarto, & Scorpionem Trino aſpectu, ut in figura.



PVLSATIO ſeu Miſſio naturæ, dicitur quando aliquis Planetarũ iungit per aſpectũ domino illius ſigni in quo fuerit, uel domino exaltationis triplicitatis termini aut faciei quoniam tunc mittit naturam domini illius dignitatis, ad eum cuius fuerit talis dignitas, ut cũ Sol fuerit in Capricorno aſpiciens Saturnũ in Virgine, tunc ob exiſtentiã Solis in domo Saturni, Sol mittit naturam ipſius Saturni ad Saturnum.

Et ſi Planeta leuis fuerit in domo ſua aut exaltatione &c̃. et aſpiciat ponderoſiorem ſe nullam habentem dignitatem, in loco eius dicitur leuis mittere naturam ponderoſo.

Sed ſi ponderoſior habeat dignitatem in loco leuioris, tũc leuior mittit naturam ſuam propriam, & naturam ponderoſioris ſimul ipſi ponderoſiori.

Receptio,ſit quando Planetæ iungantur a domibus ſuis & exaltationibus uel terminis,tũc recipiunt ſe mutuo, & maior eſt receptio de domo,de hinc,de exaltatione,et ſic de alijs digni tatibus eſſentialibus, ut cum fuerit Sol in Ariete in exaltatio= ne ſua,& in domo Martis aſpiciens Martem aliquo aſpectu, tunc Sol mittit Marti naturam ſuam cum natura Martis Verũ quando contingit ut inferior ſit in dignitate ſuperioris,& ſu= pior in dignitate inferioris,illa eſt integra & pfecta receptio.

Redditus uirtutis, dicitur quando inferior aſpicit ſuperio rem, qui eſt combuſtus aut ſub radijs Solis,uel retrogradus in hoc caſu ſuperior reddit inferiori uirtutem quam ſibi miſit, quoniam propter debilitatem ſuam retinere non poteſt. Et ſi ambo fuerint in angulo uel in ſuccedenti,redditus proficuus erit,ſic ſimili modo redditus fit utilis, ſi inferior fuerit in an= gulo & ſuperior,non ſic tamen quod ſuperior recipit inferio= rem.Fit etiam utilis redditus cum inferior fuerit cadens,& ſu perior in angulo, ſed ſi ambo cadentes fuerint, redditus fit cũ detrimento. Aſpectus Planetarũ, eſt certa in locis zodiaci di ſtantia Planetarũ,in quibus ſe iuuant & impediunt notabili= ter,nam in bonis aſpectibus ſe iuuant,in malis ꝗ ſe impediunt. Et ſunt in numero quatuor.Sextilis,trinus,quartus,& oppo= ſitus.Sextilis, eſt diſtantia Planetarũ a ſe inuicem per ſextam circuli partem,hoc eſt per duo ſigna aut lx.gradus,diuidendo enim circulum ſignorum, hoc eſt duodecim ſigna per ſex in quociente habebis duo ſigna, aut diuidendo gradus zodiaci. hoc eſt,360. gradus per ſex ueniunt in quotiente 60.gradus, quæ duo ſigna coſtituunt.

Trinus aſpectus, eſt certa Planetarũ diſtantia per tertiam partem circuli, hoc eſt,per quatuor ſigna,aut per 120.gradu,.

Quartus aſpectus, eſt diſtantia Planetarum per quartam partem circuli, hoc eſt,per tria ſigna,ſeu 90.gradus.

Oppoſitus demum aſpectus, eſt quãdo Planetæ diſtãt per oppoſitã partem circuli,hoc eſt,per ſex ſigna,aut 180. gradus.

Et

Et eſt duplex aſpectus, ſiniſter & dexter. Siniſter qui ſit ſecundum ſucceſſionem ſignorum, Dexter, qui fit contra ſignorum ſucceſſionē, ī hoc caſu Planeta exiſtēs in Ariete, aſpicit Planetam exiſtentem in Cancro aſpectu quarto ſiniſtro, & Planetā in Capricorno aſpectu quarto dextro, & ſic de alīs. Et Planeta qui eſt in dextro aſpectu, dicit eſſe ſuperior, & qui ē in ſiniſtro inferior, Vt cum fuerit Saturnus in Ariete, & Jupiter in Cancro ſe aſpicientes quarto, in hoc caſu Iupiter dicitur eſſe inferior, & Saturnus ſuperior, ut in figura ſequenti.

Et loquendo proprie de aſpectibus, Coniunctio non dicitur aſpectus, cum in ea Planetæ non diſtant, ſed ſūt in uno ſigno & gradu. Et quando Planeta tranſit Planetam per unum gradū dicitur ſeparatus ab eo. Et quando diſtat ab eo ſecūdum numerum radiorū, dicitur applicare ſibi de coniunctione, Pthlomeus dicit quod Applicatio non eſt plus tribus gradibus.

## CAPITVLVM OCTAVVM DE DVOdecim Domibus cœli.




DOMVS COELI, Et duodecima pars Firmamenti, ex in æqualibus gradibus conſtituta. Cum enim ſigna Septentrionalia oriūtur, domus maiores ſunt, & plures gradus compræhendunt quam cum Meridionalia ſingna ortum petunt. Nam ſub eleuatione Poli 50 graduum cū oritur principium Arietis, cadit ad domum ſecūdam 22 Tauri. Et cum oritur principium Libræ, cadit 23 gra-

dus Libræ ad cuſpidem ſecundā domus, Sic cum aſcendit in ortu principium Tauri, deueniet decimus gradus Gēminorū ad ſecundam domum. Cum autem Scorpio lineā Orientalē tetigerit, eius xxiiij, gradus ſecundam domum intrabit, & ſic de alijs, ubi ſemper in ſignis Septentrionalibus plures gradus una domus poſſideat, ꝙ in meridionalibus.

| Signa Septentrionalia | Signa Meridionalia. |
|---|---|
| Aries | Libra |
| Taurus | Scorpio |
| Gemini | Sagittarius |
| Cancer | Capricornus |
| Leo | Aquarius |
| Virgo | Piſces |

PRIMA domus, quæ incipit ab ortu Solis, ſignificat uitam & corpus nati in natiuitatibus, & perſonam quærentis in quæſtionibus, & ægrum ſeu īfirmū. Et primus dñs triplicitatis huius domus, ſignificat uitam nati, ei qd diligat odio ꝙ habeat, et quid boni maliue ſibi in initio uitæ obuiabit. Secūdus dominus triplicitatis, indicat uitā & corpus & quid ſibi accidet in medio uitæ. Tertius demū triplicitatis dominus qd in ætate ultima ſuorum annorum ſibi contingere debeat.

Secunda domus, quæ & inferna porta & anaphora dicitur ſignificat ſubſtantiā, uictū, miniſtros, auxiliatores, cenſus & mercationes, poſſeſſioniſ ꝙ incremēta. Primus dominus triplicitatis huius domus, ſignificat ſubſtantiā in prima partæ uitæ. Secundus, in ſecūda. Tertius uero in tertia, Et dicitur Locus piger, eo quod nulla radiatione cū Horoſcopo coniungit

Tertia domus. Dea dicit. Indicat fratres et ſorores, amicos fidem, religionem, mandata, legatos, mutationes loci de loco, itinera minora, cognatos, Epiſtolas, omnes ſectas & hereticos et coniungitur cum Horoſcopo aſpectu ſextili. Primus dominus huius triplicitatis primus ſignificat fratres maiores, Secūdus medios, Tertius minores

Quarta domus,quæ Imum cœli dicitur,ſeu fouea terræ, ſignificat,patres,parētes domos,agros,campos,aquas,anos,et omnes ātiquos,& recta linea deſcēdētes,omnia immobilia quæ ſunt ſub terra uł ſupra terram,omnia ædificia,opera ædificiorum,turres ciuitates,caſtra,theſauros abſconditos,omnes hereditates prēter mortuorum. Significat & hæc domus medicinam in cauſa ægritudinis cum ſuo domino,ſecundum mentē Harja quarta domo ſumitur finis infirmi & infirmitatis, & hæc domus ponitur in quarto aſpectu aſcendētis. Primus dominus triplicitatis,ſignificat patres,Secundus,ciuitates & terras. Tertius autem,finem rerum & carceres.

Quinta domus,appellatur,bona fortuna,quia Venus gaudet in eo,Significat filios,legatos,donationes,gaudium ueſtimenta,cartas,libros, nūcios,petitionē mulierum,fructus hæreditatis,poniturq; in aſpectu ſextili ipſius Horoſcopi Primus dominus triplicitatis huius domus,ſignificat filios,eorūq; uitam,Secundus,delectiones,Tertius legatos,

Sexta domus,mala fortuna appellatur,nam Mars ī ea gaudet,& eſt locus piger nulla radiatiōe Horoſcopū intuens,ſignificat,īfirmitates,ancillas,ſeruos,mutationē de loco in locū beſtias quæ non equitātur,& oīa quadrupedia,Primus dominus triplicitatis,ſignificat infirmitates,Secūdus Vernas & ſeruos. Tertius,beſtias & Pecora & omnia quadrupedia & carceres.

Septima domus,quæ Occaſus dicitur,ſignificat mulieres, nuptias,contentiones,omnem rem contrariam,bellum,uxores,fures,placitantes,ſocios,uenditionem,emptionem,latrones,locū latronis,abſciſores uiarum,itinera breuiſſima,ſicuti de ciuitate ad hortulos ſeu ad alia loca proquinqua ciuitati. Primus dominus triplicitatis huius domus,ſignificat mulieres. Secūdus dominus triplicitatis huius domus. Cōtentiōes

Tertius commixtiones & participationes cum alijs hominibus

Octaua domus, quæ dicitur ſuperna porta, dicitur uel Epicathaphora & locus piger, ſignificat laborem, triſticiam, bella cōtentiones, bellicoſos, clientes, interfectionem, mortem, hæreditates mortuorum, uenena letalia, Primus dominuſ triplicitatis huius domus ſignificat mortem. Secundus, res antiquas. Tertius, hereditatem mortuorum.

Nona domus, Deus ſeu Theos dicitur, ſignificat Fidē religionem, Longa itinera, ſapientiam, culturam deiatis, domos regionum, ſapientiam, philoſophiam, ſcripturam, libros, epiſtolas, legatos & ſomnia. Primus dominus triplicitatis huius domus ſignificat peregrinationem, Secūdus, fidem, religionē Tertius. ſapientiā, ſomnia, ſcientiam ſtellarum, & auguria & exercitium in eis.

Decima domus. quę & medium cœli uocatur, ſignificat imperium, regnum, magiſteria, dignitates, officia omnem artem quā quis exercet unde uocatur magiſter, ſignificat & matres auias, ſorores, honores, poteſtates, regem, iudices, Primus dominus triplicitatis huius domus, ſignificat opus nati, eius exaltationē, ſublimationē, & manſionem altiſſimam. Secundus ſignificat uocem imperij, & audaciam in eodem. Tertius demum ſtabilitatem & durabilitatem eius.

Vndecima domus, quæ bonus Dœmon dicit̄, uel bonus Genius, Et eſt locus Iouis, ſignificat, fortunam, fidem, ſpem, ſubſtantiam regis, eiuſq; redditus ſeu tributa, eius milites, & pedites, & auxiliatores, & uirum qui ſuccedit Regi ſiue primū principem poſt eum. Eſt domus fortunæ amicorū & fiduciæ. Primus dominus triplicitatis huius domus, ſignificat fiduciam. Secundus, amicos. Tertius utilitatem, ſeu profectus eorum.

Duodecima domus, qui malus Dęmū, ſeu Cacodęmon dicitur. Eſt enim locus Saturni, ſignificat īimicos occultos, deceptores, inuidos, meretrices, perſonas abiectas, Luſores taxillorum, et animalia magna, ſicuti Equos, Boues. Primus domi

nus triplicitatis huius domus ſignificat inimicos, Secundus Labores. Tertius uero Beſtias & Pecora.

Et partiuntur duodecim domos cœli in angulos ſuccedentes & cadētes, e quibus anguli ſunt fortiores ſuccedentes fortes et cadentes debiliores alijs. Fortior tamen Angulorū, eſt domus prima ſeu Horoſcopus. Dehīc decima, poſtea ſeptima, poſtremum uero quarta, Aliqui uero præponunt Decimam domū in fortitudine primę, ſicuti Ptholomeus eo quod radij Planetarū in hoc loco exiſtentium ad nos ꝑpendiculariter deferuntur, qui radij iuxta ꝑſpectiui ſub alijs radijs fortiores cēſeant Inter alios domos cœli undecima domus primum fortitudinis Locum obtinet, dehinc & cęteræ, uti infra, Aliter tamen ſentit Ptholomeus in ſuo quadriptiti cum modica diſcrepantia.

| Fortitudo domorum ut cōmuniter | | | Ptholomeus uero dicit | | Fortitudines |
|---|---|---|---|---|---|
| Prima | | 12 | Decima | | 12 rubeū |
| Decima | | 11 | Prima | | 11 Albū |
| Septima | | 10 | Vndeci. | | 10 Croce |
| Quarta | | 9 | Septima | | 9 Albū |
| Vndeci. | | 8 | Nona | Et quæli | 8 melle. |
| Nona | domus ha= | 5 | Quarta | bet domus | 7 Rubeū |
| Quinta | bet forti= | 7 | Quinta | habet forti | 9 melle. |
| Secunda | tudines | 6 | Secunda | tudines | 5 uiridē |
| Octaua | | 4 | Octaua | | 4 nigrū |
| Tertia | | 3 | Tertia | | 3 croceū |
| Duodeci | | 2 | Duodeci | | 2 uiridē |
| Sexta | | 1 | Sexa | | 1 nigrū |

Abraham auennere.

Habent & domus ſuas fortitudines, ita quod prima domus apud communiter loquētes, duodecim fortitudines ſed iuxta Ptolomeum undecim. Et ſecunda domus habet ſex fortitudines, quam Ptolomeus dicit habere quinq̀ꝫ. Tertia duodecima,

& ſexta domus, æquales habent fortitudines, iuxta mentẽ omnium, Et ſic de alijs domibus ut in figura. Et ſic quando aliqua ſtellarum Erraticarum in domum fuerit, ſorcitur fortitudinẽ illius domus, ut cum Saturnus, deuoluitur ĩ domo prima, fortificatur eius natura duodecies, ſeu undecies, & ſic de alijs. Habet demum & quælibet domus ſuos proprios colores, quo in figura præſenti ſecernes, iuxta auctoris Alkibicij doctrinã q̃rũ utilitas in ſequentibus experietur. In his tamen fortitudinibus, Ptolomæo præ alijs fides adhibenda eſt.

Fotunantur etiam & damnãtur nõnunquam hec domus, ꝑ exiſtentiam Planetarum in eis. Domum namq; ſubſtãtiæ fortunat Iupiter & damnat Mars & Sol, ut infra in figura ſequenti,

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Domũ | Subſtantiæ | fortunat | ♃ ☉ | infortunat | ♂ ☉ |
| | Fratris | | ☿ | | ♂ ♄ |
| | Patris | | ☉ ♄ | | ♂ |
| | Filiorum | | ♀ | | [illegible] ♄ |
| | Itineris | | ☉ | | ♂ ♄ |
| | Decimam | | ☉ ♃ | | ♂ ♄ |
| | Amicorum | | ♃ | | ♂ ♄ |

Fortuna nempe alicuius domus maior ẽ & firmior, quãdo fortunat eam Planeta ſibi cõueniens, eiuſq; infortunium maius cenſebitur & maioris damni, quando infotunatur per Planetam infortunantẽ huic domui conuenientem, ut cum Sol fuerit in domo quarta ſeu patris ipſam plus fortunat, eo quod huic domui Sol magis conueniens eſt quam ſi Iupiter aut Venus in ea deuoluerentur.

Diſtinguuntur & demum duodecim domus cœli in quatuor partes, quarum quælibet ex tribus conſtituitur domibus.

Prima pars quæ conſtituitur, eſt duodecima, undecima, & decima domibus. Dicitur quarta Orientalis, maſculina, puerilis, ſanguinea, Vernalis, Significatq; initium uitæ.

Secunda pars, quæ conſtituitur ex nona, octaua, & ſeptima domo, dicitur meridiana fœminina recedens, Iuuenilis, cholerica, & ſignificat mediam ætatem.




Tertia pars, continẽs ſextam, quartam & quintam domum, uocatur occidentalis, maſculina adueniens, autumnalis, melancholica, ſenilis, & mediocris ætatis, ſignificat finem uitæ.

Pars demum Quarta, quæ continet Tertiam, Secundam & Primam domos, Dicitur Septẽtrionalis, fœminina, phlegmatica, hyemalis, defectiua, ſenilis, Et hæ duæ quartæ, quæ ſunt ab imo cœli uſq; ad aſcendens, & ab aſcendente ad medium cœli, uocatur medietas aſcendens. Et aliæ duæ quartæ ex oppoſito, medietas deſcendens appellatur. Et illud quod eſt ab Horoſcopo, ſeu a prima domo ad occidens uſq;, dicit dextra pars cœli, & alia mædietas cœli dicitur pars ſiniſtra. Et tantum de Aſtronomiæ principijs.

Et ſi aliqua alia neceſſaria erunt, dicentur in capitulis ſequentibus Tractatus Secundi,

TRAC

# TRACTATVS SECVNDVS HVIVS LIBELLI

COMPLETO Primo Tractatu de principijs Aſtronomiæ, Incipit in nomine Saluatoris noſtri, domini noſtri Ieſu Chriſti, Tractatus de Medicinæ principijs, quibus cognitis, nouus Medicæ artis Tiro, facilem habebit ad curandas ægritudines aggreſſum. Et diuiditur in Viginti Octo Capita.

## CAPVT PRIMVM DE COMPLEXIONIBVS agnoſcendis.

CVM in curandis Morbis neceſſariū ſit præcognoſcere ægritudinem, Complexionem, operæ precium me facturum putaui, ſi traderem rationem, qua unius cuiuſq; Cōplexio dignoſcatur iuxta Ptolomei doctrinā. Quod cum ſcire affectas, ſcita hora natiuitatis erigatur thema cœli, imponaturq; ſtallę tam Erraticę quam fixæ, iuxta ſitum eorum, dehinc aſpiciatur natura ſigni aſcendentis in caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate, naturaq; ſigni in quo nam reperitur, & Planeta, Hæc duo loca reſpiciens & diſponens. Aſpiciaturq; natura ſtellarum fixarum exiſtentiū cū eis, aſt Planeta aut Planetæ in aſcendente aut Horoſcopo cōſtituti, & cum quibus dominus aſcendentis, Lunaq; configurati fuerint, quale enim eſſe illorum inuenitur, ſecundum omnia illa adinuicem proportionata, ſeu uictoriam, maiorem alicuius illorū, talis complexio in corpore argui debeat. Faciliꝰ hoc exemplo agnoſcas, ſi addiderit naturā ipſius quartę anni, in quo æger in lucem ex utero matris prodijt, Sit Natiuitas hominis in cuius natiuitatis hora aſcendebat quintus gra=

dus Geminorum, & ſtetit thema ſeu figura cœli, ut infra uolui ſcire huius hominis complexionem, comperi ſignum aſcēdentis calidæ, & humidæ naturæ. Signum in quo reperiabat Luna ſcilicet x. graduum, Aquarij ſimiliter calidum & humidum. Poſtea reperi Saturnum cum Luna in eodem ſigno ca calido & humido & Orientalem, quare addidit frigiditatem. Comperi & dominum aſcendentis Mercurium cum Venere ambo Orientales, unde caliditatē & humiditatē adminiſtrāt temperate cum quadam frigiditate propter piſcium ſignū, in quo ponebātur. Et quia prope aſcendens fuit oculus Tauri de natura Martis & Mercurij, quare addidit hæc Stella huic nato caliditatē quandam & ſiccitatem. Et Iouis ſtella in medio cœli exiſtens, non parum addidit complexioni caliditatem & humiditatem, ob naturam propriam & ſigni in quo deuoluebatur, nec non & propter eius Orientalitatē. Nunc cū inſpiciamus eſſe omnium illorum, inuenimus maiorem partē declinare ad caliditatem & humiditatem temperatam, & nō exceſſiuam, gratia cuius nati complexio, ex maiori parte, ſangunea dicetur, quæ in calido & humido conſiſtit tēperato, & ad hoc fecit & quarta anni uernalis, in qua iſte homo natus eſt, quæ calida & humida dicetur & ſanguinea.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | Orientalis<br>Occidētalis | dat complexionem | frigidam<br>humidam<br>Siccam |
| ♃ ♀ | Orientalis<br>Occidēta. | dat complexionem | Calidam<br>Humidam<br>Humidam |
| ♂ | Orientalis<br>Occidenta | dat complexionem | Calidam<br>Siccam<br>Siccam |
| ☿ | Orientalis<br>Occidenta | dat complexionem | Calidam<br>Siccam |

Sol addit caliditatem. Luna humiditatem.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Quarta | Vernalis | q̄ incipit So le intrante | ♈ | addit | calidita. humi. |
| | Eſtiualis | | ♋ | | calidita. ſiccita. |
| | Autũnalis | | ♎ | | frigidita. ſicci. |
| | Hyemalis | | ♑ | | frigidi. humi. |




SI autem natiuitas tibi ignota fuerit, & ſcire hominis cōplexionem exoptas, ſecūdum naturas ſeptem planetarum, aduerte diligenter mores, formā & figuram, aſt accidentia animi, nam hæc tibi oſtendunt, aut natus ſit Saturninus, Iouialis, Martialis, Solinus, Veneris, Mercurialis aut lunæ filius. Saturninus nanq; faciem habet magnam, inuenuſtam, oculos mediocres, deflectentes in terram, unum maiorem altero, & in altero oculorum maculam ſeu deformitatem, nares ſpiſſas, labia ſpiſſa, iuncta ſupercilia, capillos nigros, duros, aſperos, aliqualiter criſpos, dentes diuerſos inordinatoſq;, eſt & coĩter imberbis, aut raros habẽs in barba crines, alias in core, maxime circa pectoralia piloſus, neruoſus macer, ſiccam habens cutem, longa crura, diſtortas manus & pedes, ſciſſuramq; in calcaneis, habet & corpus temperatæ magnitudinis, molleiq; coloris, & fœtidum admodum hircorum, ut apparet in Iudeis. Et uincit in ipſius complexione frigiditas & humiditas. Cum autem Saturnus fuerit occidentalis, erit natus macilentus, parui corporis, planos & raros habens capillos, oculos nigros, in eius complexione ſiccitas.

Sed

Sed quantum attinet ad animum, Saturnini ſunt multæ & profundæ cogitationis bonorum conſiliorum, quorum conſilia uix meliorari poſſunt, raro diligentes homines, ſed cum diligere incipiunt, fit eorum dilectio uehemens, & cum oderint, odio perſequuntur uehementiſſime, & a quo uix deſiſtere poſſunt, leuiter iraſcẽtes, iramque diu retinentes, uoraces & helluones, ponderoſi corporis, tardo greſſu incedentes, auari, fraudulenti, doloſi, iniqui, proditores, fures, magici, malefici, ualde parci, taciti, parum aut modicum loquuntur, ſunt & uſuarij, pecuniam in terram fodentes, & ſparſores malorum, rerum nouarum, ita tamen ſimulãtes, ac ſi inuiti adferrent, triſtes incedũt, nullam habentes confidentiam, nec in deum nec in homines, ſolitariam ducentes uitam, angulariaque loca quærentes.

Inuidus & triſtis, cupidus, dextræque tenacis.
Atque melancholicus his ſignis notus habetur.
Non expers fraudis, timidus, luteique coloris.

Iouis filij habent colorem aureum in facie mixtũ albo, maxillas turgidas cum rubedine pomorũ, oculos magnos, non prorſus nigros, pupillam latam, rotundam, barbam criſpam, nares inæquales & breues, uiceſque nariũ groſſas, dentes duos anteriores cæteris maiores, atque aliquantiſper diuerſos, & in aliquo dentiũ nigredinem, capillos albos, longos, medios inter planos & criſpos ut plurimũ tñ planos. ſunt & medij inter macredinem & pinguedinem plus tamen habent carnoſitatis, moderate longi, & ſæpenumero calui, barbam habentes bifurcatam, & pulchram & rotundam. Vincitque in eorum complexionibus calor & humiditas, Et ſi fuerit Iupiter occidentalis, erit color nati albus, capilli eius plani, & ſyncipur caluum, oculi mediocres, & corpus mediocre, uincet in eo humiditas.
Sed ſi fuerit Orientalis ſuper terram, eloquentes facit & Oratores, & complexionem calidam & humidam.

Quantum autem attinet ad animũ, filij Iouis ſunt boni, pij, honeſti, iuſti, fideles, bonorum morũ, hilares, iucundi, indul-

gentes Veneris officio,quo cum caruerint,facile in ægritudines labentur,ſibi & ſuis utiles,bonum appetentes, prouidorũ conſiliorum,largi,uirtuoſi,& in ſermonibus ueraces, miſericordes,ad iuuãtes pauperes, ſine fraude & dolo,fide digni, pacifici,& plurimũ ſapientiæ dediti,multos amantes,& ſibi quã plurimos amicos facientes,iura colentes, diuini cultus amatores,religioſorum & heremitarũ ac legum cultores,& ſunt boni intellectus,delicate uiuunt edendo & bibẽdo,& ſatis audaces ſunt cum diſcretione, iracundiam non exercẽt niſi coacti, & qui eos ad iram prouocãt,eos ſummis conatibus per ſequẽtur,pauperes adiuuant, omnibus fere benefaciunt,alioſq; bene facere docent,leuiter addiſcent quæ audiunt & bene capiunt ſingula,& plurimũ potentes in re uenerea, & multi ſpurios & illegitimos pueros generant. Et ſunt filij Iouis ut plurimum ſanguinei. Sanguine largus,amans, hilaris,ridens,rubeuſq;. Cantans,carnoſus,ſatis audax atq; benignus.

Marciales filij. Habent faciem rotundam,turpem,granulis rubeis infectam,aut cicatricẽ uel ueſtigiũ horribilem aſpectũ & acutum, naſum magnũ , & picũ colorẽ faciei , rubeũ mixtũ nigro,ſicuti eſt color illorũ qui ambulãt Sole,capillos paucos, ruffos inter criſpos & planos,plerumq; tamen criſpos ſeu implexos,oculos croceos ardentes & flãmineos & paruos, barbam tamen cũ raris pilis & hircinam,dentes curuos & longos collum longũ & ſpiſſum, corpus curuum & groſſum, pectus acutum, aliqui tamen ſunt ualde hirſuti in corpore,manibus, pedibus, & in pectore. Sed quantũ ad animũ,filij Martis ſunt fallaces,inconſtantes,inuericundi, ꝑtinacis iræ cũ uindicta ꝓditores,diſcordias & bella ſeminantes,ſuperbi,homicidæ,cruenti,nõ,magna ratione præditi,nec ſenſibus expediti,ſed importuni,cum impetu omnia facientes quæ inſtituunt cõfudẽtes proprijs uiribus,exponẽtes animũ in mortis pericula,nulli cedentes aut ſubmittentes ſe. Sunt in bellis & ſeditionibus primi,necnon falſarij monetarum & cartarum,edaces,multũ

cibum

cibum facile digerẽtes, coitum grauiter appetunt ſed paruum poſſunt. Et uincet in eis calor & ſiccitas: & ſunt in plurimum Cholerici. Sed ſi Mars fuerit Occidẽtalis, dat nato rubeũ colorem cum ſimplici rubedine, paruos oculos, capillos planos & raros tendentes ad albedinem ac flauedinem, faciem rubeã & in ea maculam, magnum caput, in fronte ſignũ aut percuſſionem, magnas nares, aſpectum acutum, dentes longos, carnem modicam, in ſuo inceſſu magnos facit paſſus, uincit in eius cõplexione ſiccitas, ſunt & ſatis difficilis prçceptionis, ſed quicquid ſemel animo recipiunt, diu tenent, ſemper iniquæ cogitationis, turpiloquij & ſanguinarij. Plenæ bile tumens, hirſutus, prodigus audax. Fallax, iraſcens, bili ſubiectus habetur. Aſtutus, tenuiſq; cutæ, croceoq; colore.

Marte dolus, prædę, cædę, uiolentia regnant.

Proditio bellum, miſcentur ſacra prophanis.

Solinus filius. Eſt mediocris naturæ, carnoſus, albus cum quadam citrinitate ſeu rubedine, formoſæ faciei & rotũdæ & lucentis, oculos habens mediocres & acutos, ſatis tamẽ magnos & croceos aut rubeos, caput magnum, capillos extenſos ſubtiles aliqualiter criſpos & flauos, naſum ſimum, barbam ſpiſſã & formoſam, dentes raros, os latum, ſupercilia coniuncta, carnoſumq; corpus. Et ſol in horoſcopo facit ſignum in facie, & cõmuniter caluos & pigros & temperatam complexionem in calido & ſicco. Tamẽ iuxta Dorotheum, figura Solis & eius complexio, erit ſicuti figura & complexio Planetarum, cum quibus cõiungitur. Sed quantũ ad animum, Sol facit regales, nobiles & imperãtes, homines honeſtos, largos, glorioſos, auctores magnorꝝ conſiliorꝝ, ciuitatum & prouinciarũ principes profundarum cogitationũ, diuites, bonos diligentes, & reprimentes malos, facit quandoq; ydolatras, augures, diuinatores qui ſecreta & occulta conſilia reuelãt. Sunt & nonnulli ex filijs Solis, qui ſe apparenter religioſos profunde deuotiõis, ſapienteſq; oſtẽdunt, cũ tamẽ interius ſunt mali & hypocrite, ſũt

tamen communiter magnæ ſapientiæ, magnifici, & magno ſpiritu ſuperbiæ inflati.

Magnificos reges, iuſtos quandoq; ſuperbos.
Et fortes animo gignit, Sol ſydere natos.

Veneris filij, multum cum Iouinis participãt, niſi q ea quæ per Venerem contingant, pulchriora ſunt & magis recipiunt, & eius pulchritudo mulierų pulchritudini aſſimilatur. Facit nanq; Venus nato oculos uenuſtos, quorų nigredo plus albedine nitet, & ludet oculis ſuis pro bene apparendo, cum pulchris ſupercilijs ſub nigris & iunctis. Habent & Venerei pulchros capillos, extēſos, aliqualiter criſpatos, faciem rotundã, carnoſam, bene coloratam, in ea ſignum, naſum curuum, inferiora labia craſſa, ſuperiora ſubtilia, collum pulchrum, nec nimis lõgum corpus nec nimis pingue, nec nimis macilentum, anguſtum pectus, curtas coſtas, craſſa crura. Et Venus orientalis facit pingues, albos, pulchræ & longæ ſtaturæ cũ oculis nigris. Facit & mulierem adeo libidinoſam, ut uirũ conſcendat coeundi gratia. Si occidentalis, dat breuem ſtaturam & caluũ, & mediocrem amorem erga mulieres. Sunt tamen Venerei ſatis luxurioſi, multum appetentes coitum, & in eo ualde potentes. Alias quo ad animũ. Filius Veneris erit eloquens, blandus, dulcia afferens Verba & mollia, prudens, fortunatus, honeſte incedens, ornati corporis, lætus, amabilis, gratus, pius, iuſtus, multoq; gaudens potu, & modico cibo, muſicæ & cantilenis ſtudens, rebuſq; oĩbus, iocoſis & lætis, deum multũ uerebitur, faciet diligi ſe ab hoĩbus, bene dat, beneq; accipit, & aliquantulum piger & raro, ſequunt̃ literas, ideoq; fere indocti. Et ſunt calidę & humidæ complexionis, quę enim ſanguinea multum conuenit cum participatione tamen phlegmatis.

Ad Venerem referunt gratos, unguenta, camenas.
Stupra, uoluptates, cultus, bellaria, luxus.

Mercurij filij, erunt mediocris ſtaturæ, extenuata carne, habentes frontem eleuatam, faciem longam, naſum longũ, ſubtilem

tilem, oculos pulchros & paruos, non oĩno nigros, raram & nigram barbam, & pulchram, ſubtilia labia, capillos extẽſos, curuos, ſeu obliquos dentes, oblõgos digitos. Quo ad animũ.

Filius Mercurij eſt ſapiens, ſubtilis, bonorũ morum, uerax, nullius perfidiæ, abilis ad oẽs artes, tum præcipue ad Arithmeticam, Aſtronomiam, ad quadrumales q; artes, ad ſortilegiũ, ad prophetias, ad prædicẽdum res futuras. Eſt & abilis ad oẽs artes mechanicas & ſubtiles, ſicuti eſt ars aurifabrorũ, pictorũ & ſculptorũ. Et eſt homo ſubtilis in diſputando, multi intellectus, & ſapiens, diligens philoſophiam, poeticen, & artem carminum, & ſemper ſtudio inſiſtit indagando res profundas & ſecretas. Et ut plurimum ſunt filij Mercuriales, conuertibilis naturæ, cum bonis boni ſunt, & cum malis peſſimi efficiunt. Et ſunt plurimum calidæ & ſiccæ naturæ cum temperamẽto, ſecundum quod fuerit Orientalis uel occidentalis. Alias tamen Mercurius ex ſe deſiccat & humectat. Multos amicos ſibi parabit, ſed parum proſpero ſucceſſu, & plus expendet in amicis quàm lucretur, quia paucos inueniet fideles.

Mercurius ſingit diuinos arte poetas.
Solertes, doctos, blandos, ſermone fideles.

Lunæ filij, ſunt albi rubedine mixti, habentes pulchram & rotundam faciem, albam glaucedine conſperſam, oculos non ex toto magnos, nec omnino nigros & eminentes, unum altero maiorem, aut luſcos & ſtrabones, & raro oculi eorum ſine maculis, erunt aut defectuoſi. Sunt & in eis ſupercilia iuncta, ſigna aut maculæ in facie.

Quo autem ad animum. Filius Lunæ erit uagabundus, inſtabilis, huc atq; illuc diſcurrens, obliuioſus, formidoloſus, puſillanimus, ſecretorum diuulgator, rerum delectabilium amator amans. ſortilegia, hiſtorias, fabulas, & comeſſationes. Et eſt uniuerſaliter inſtabilis, ad omnes res conuertibilis.

Et eſt nullius ſeruicij, & ut plurimum ſunt phlegmatici, quare cito rẽ accipiũt, & uelociter obliuioni tradũt, nec diu retinẽt.

Parum appetunt coitum, ſed multum poſſunt, in dormitionibus gaudent & pigri efficiuntur, & graues de ambulandū parum audax & minime largus, ſubſannator & deriſor.

Somnus phlegmaticos captat, & inertia multa.
Ore ſpumat multum, tuſſit conamine multo.
Senſus hebes, pinguis facie, color albus adhæret,
Imperio Lunæ, delator, corpore magnus,
Mobilis exiſtit, caſtuſq; albedine fuſus.

Variantur autem naturæ & complexiones mortalium, ſecundum regionum & locorum diuerſitatē. Regio enim Frigida effectum frigidæ complexionis augmentabit, calidę autem diminuet, & calida regio, effectum calidę complexionis augmētabit, & frigidæ diminuet. Regio autem æqualis & temperata cauſabit effectū complexiōis temperatæ, ſicuti ſunt regiones quæ ſunt ſub æquinoctiali circulo, uti probat Auicenna capi. de complexionibus.

## CAPVT SECVNDVM DE PONDERIBVS Medicinalibus.

PONDERA Medicinalia, accepta ſunt ſecundū Tritici grana mediocria, & diuerſificant primo ſecundum diuerſitatem prouinciarum, nam aliud eſt Kiſt apud Græcos, & aliud apud Italicos. Græci ſeu Romani, accipiunt kiſt, pro ʒ xx. & Italici pro ʒ xviij. Secūdo diuerſificātur ratiōe medicinæ quia chaos uini ſunt libræ ix. ſed chaos mellis, ſunt libræ xxiij & media. Et coclear mellis, eſt aurei iiij. ſed coclear medicinæ eſt aureus unus. Tertio ratiōe diuerſorū Autorū. Item Nicolaus dicit Sexrarium eſſe lib. 2 & 5. Sed Serapio dicit, ſextariū eſſe ʒ. 6 & 2 dauic aut aureos 4 & 5. Sed pro concordia ſciatis quando inuenitur Kiſt in libro Græcorū, debet poni Kiſt Romanum ſcilicet ʒ. 20. Sed in Italicis kiſt Italicum hoc eſt, ʒ 18 Et quando in Nicolao reperitur ſextarius uini uel olei, ponantur libræ 25. Sed ſi reperitur ſextarius pauperis uel alterius

inraſt

in Raſi uel in Serapione aut Auicēna ponatur. ʒ. 6. & danic ʒ & qui hanc diuerſitatem ponderum ſcire uoluerit, legat aucto tes Medicinæ, tum præcipue Serapionem in fine ſui Breuiarij Et Saladinum de Eſculo in compendio Aromatariorū, Parti 3. Et ego hic poſui hæc pondera quæ cottidie in praxi Medici næ occurrunt, ſicuti eſt lib. Scrupulus, Dragma, ut infra, quæ granis tritici conſtituuntur, & nō hordei, niſi hordeum ſpeci ficatum fuerit, ut ſi diceretur, Grana 5. hordei. Alias ſemper intelligas grana tritici iuxta Saledinū. Sed tamē communiter omnes practicantes accipiunt grana hordei, & accipiunt 16. ℥ pro libra una.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Grana | 10 | conſtituunt | ℈ ß |
| | 20 | | ℈ 1 |
| | 60 | | ʒ 1 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| ℈ 3 | | | ʒ 1 |
| ʒ 8 | alij 9 | | ℥ 1 |
| ℥ 12 | | conſtituunt | lib. 1 medicinalem. |
| ℥ 16 | | | lib. 1 ſecūdū mercatores & ciuiles |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ℥ 1 | | 2 lot | ℈ | | Scrupulum |
| ℥ ß | | 1 lot | ʒ | | Dragmam |
| ʒ 1 | | 1 quintle | ℥ | denotat | Vntiam |
| ʒ ß | facit | 1 halb quīt | lib. | | Libram |
| ʒ 2 | | 1 halbl ot | M | | Manipulū |
| ʒ 4 | | 1 lot | ß | | Semis |
| ʒ 8 | | 2 lot | | | |

## CAPVT TERTIVM ELECTIONEM uptitemporis medicandi, ægrotos & defectus in membris corporis inſinuat.

SI ægritudo infirmi ſit in toto corpore, & medicus doctus mederi uoluerit, hanc ægritudinē ponat ad horoſcopū ſig-

num Libræ, & quod ſit fortunatum ſine infectione malorum ſimiliter & dominus Libræ, hoc eſt, Venus, & caue in omni morbo medendo, ne Luna ſit in Horoſcopo, ſit tamen alias in aſpectu fortunato, ut in Trino aut Sextili cum Planetis fortunatis, & non ſit coniuncta Ioui, nam dicit Ptolomeus in centiloquio. Si quis purgatoriũ acceperit Luna cũ Ioue exiſtẽte, abbreuiabit opus eius, & effectus eius minuetur. Cauendum etiam eſt in omni cura, ne Luna ſit in oppoſitiõe domini ſextæ aut octauæ domus, etiam ſi talis dominus fuerit fortuna. Sed ſi fuerit in eius ſextili uel trino aſpectu nõ uiciat, & quod Luna non ſit deſcendens. Sed ſi curare uolueris antiquatam ægritudinem, fac quod Luna ſit in Tauro uel eius triplicitate, & ſalua ab infortunis & in aliquo angulorum aſcendentis nam Luna tunc potentior erit, & maiorem ſecuritatem medicus habebit, quod infirmitas non faciet recidiuam, poſt quã infirmus ſanatus fuerit. In recedentibus autẽ morbis curandis, eligatur Cancer, Scorpio, & maxime Piſces. Et ſi infirmitas fuerit in aliq̊ certo mẽbro, ut in capite ponat Aries, qui reſpicit caput ad primam domum, & quod ſit liber ab infectione malorum, ſimiliter & dominus eius ſcilicet Mars, aptatur ꝗ Luna ut ſit libera ab infortunis. Sed ſi collum curare uelis, ſit aſcendens Taurus & Luna in eo ſecundum aliquos, & ſi ſit fortuna in ſecunda domo, & ponas Taurum ad ſecundam domum & Lunã fortunatã. Sed ſi ægritudo fuerit in humeris, brachijs aut manibus, ſit aſcendens Gemini & Luna in eis, & fortuna in domo tertia, aut ponatur Gemmini ad tertiam cum Luna. Si fuerit ægritudo in pectore, ſit aſcendens Cancer & Luna in eo, aut ſi Cancer in quarta domo cum Luna, aut cum fortunato aſtro & ſic ſimili modo agendum eſt de alijs membris corporis & ſignis, hæc membra reſpicientia.

Inquit Meſſahala, aſpice in quo loco corporis ſit infirmitas & ſi fuerit in capite, gula, humeris, brachijs ſeu manibus, incipies operari Luna exiſtente in Ariete, Tauro, uel Geminis, quæ

eſt pars ſuperior corporis. Et ſi fuerit in pectore, uel dorſo uel uentre, ſeu umbilico, cura eam cum luna fuerit in Cancro, Leone ſeu Virgine, quæ eſt pars in medio corporis, & ſic de alijs partibus corporis, ut in figura.

| | | |
|---|---|---|
| Luna in | Ariete, Tauro, Geminis | Cura, caput, guttur, humeros brachia, manus. |
| | Cancro, Leone, Virgine | Cura Pectus, dorſum, uentrem, ſeu umbilicum. |
| | Libra, Scorpione, Ssgittario | Cura anchas, uerendas, & coxas. |
| | Capricorno, Aquario, Piſcibus | Cura Genua, crura, pedes |

In omnibus iſtis curis, ſit Luna aucta numero & lumine, ſi fieri poteſt iuncta fortunis. Et Luna dicitur aucta numero, cũ æquatio Argumenti, additur ſuper medium motum. Sed cũ æquatio ſubtrahitur, dicitur diminuta numero, & ſi lunam ita non comperies, ponas ſaltem Iouem in domo ſexta.

Etiam omnis ægritudo quæ fuerit a capite uſq; ad pectinẽ ſeu pendile, curatur luna deuoluẽte ab angulo terrę uſq; ad medium cœli, quæ eſt pars cœli aſcendens. Sed ſi fuerit ægritudo a pectine uſq; ad inferiorem partem pedum, cura, luna exiſtente a medio cœli uſq; ad angulum terræ, ſeu quartã domum, quæ eſt pars cœli deſcendens. Et ſi luna reperitur a prima domo & decima, hoc eſt, inter primam & decimam, aut inter ſeptimam & quartam, ægritudo facilis erit curæ. In alijs autẽ domibus ſi deuoluatur luna, curabitur difficulter.

F ij

„ Aduertas tamē ſemper ne tangas mēbrum ferro aut igne, Lu-
56 „ na exiſtente in ſigno reſpiciente illud mēbrum. In alijs autē
„ cruris adhibendis, præſentia Lunæ in ſignis non euitatur.

## CAPVT QVARTVM DOCET CAVſam ægritudinis, & in qua parte corporis ſit ægritudo.

SI cognita tibi fuerit hora, qua ægritudo primū moleſtauit ægrū, erigatur ea hora thema cœli, uti aſſolet fieri, dehinc uideatur almutes ſuper aſcendēs, ſuper Solem & Lunā & dominum partis fortunæ, & ad dominum horę, & ipſe erit ſignificator infirmi, & ſecundū ſtatum eius de fortitudine & debilitate, indicatur debilitas & fortitudo infirmi, & uideat in qua domorum hic almutes infortunatus fuerit. Indicat quod in illo membro eſt infirmitas quæ ſignificatur per domū, dando aſcendens capiti. Secundā domum, collo. Tertiam, manibus & humeris, ut habitum eſt in primo tractatu. Et hęc infirmitas erit de natura domus infortunantis, quam ſcilicet earum meliori aſpectu aſpexerit. Et ſi almutes ſeu ſignificator infortunatus fuerit ſupra terrā, īfirmitas eſt in parte dextra. Sed ſi infortunatus fuerit ſub terra, ægritudo eſt in parte ſiniſtra. Et ſi eſt in ſigno multarum aſcenſionū, quæ ſunt Leo, Virgo, Cancer, Sagittarius, Scorpio, Libra, infirmitas erit in toto corpore. Et ſi fuerit in ſigno æqualium aſcenſionum, infirmitas eſt in corde. Et ſi fuerit in ſigno paucarum aſcenſionū, dic quod infirmitas eſt diminutio membri, pars autē per quam ſciatur locus infirmitatis, accipitur a gradu domini horæ, in gradum Solis, & proijcitur ab initio ſigni Arietis, & ubi finitur numerus, dic quod infirmitas eſt in membro illius ſigni. Aliter ſcietur infirmitas, puto a ſexta domo & eius domino & a Planeta a quo ſeparatur Luna. Exemplo rem melius accipies

Inuaſit quendam corporis ægritudo 1529. die quinto decimo Decembris, poſt meridiē, hora pirma, minuto 30. in hora Lunæ




næ,uolui ſcire almutem ægrotãtis,inſpexi quis ex Erraticis ſyderibus plu=res dignitates eſſentiales haberet in aſcendẽte lo=co Solis,locoq́ Lunæ. Reperiq́ Saturnũ habe=re in Tauro 19. eius gra=du qui oriebat hora infir=mitatis,nullã dignitatem Iouẽ habere terminũ un=de ſibi duas dedi dignita tes. Martẽ ibi habere ſu=um exiliũ, Solem nullã habere dignitatem. Vene rem uero comperi habere domum. unde & quinq́ dignitates aſcripſi,reperi poſt hoc Mercurium nullius dignitatis. Luna poſtremũ habebat in Tauro exaltationem,unde quatuor ful=citur dignitatibus,habebat & triplicitatẽ, quare ſibi tres dedi dignitates,ut ſic Luna haberet ex toto ſeptẽ dignitates in gra=du aſcendentis. Dehinc aſpexi ad gradum Solis,& reperi Sa=turnum habere domum Martem exaltationem, Venerem tri plicitatem. Mercurium terminum. Poſt hæc reperi in loco Lu næ,hoc eſt in 8 gradu ♋, Iouem habere exaltationem, Venerẽ triplicitatem terminum & faciẽ,& Lunam habere domũ. Aſ=pexi & fortitudines in loco partis fortunæ,quæ cecidit ad 24 gradum ♏, Et reperi Iouem habere terminũ,Martem domũ Lunam triplicitatem. Vltimo aſpexi ad dominũ horæ ſcilicet ad Lunã,quæ fuit in 8. gradu ♋ ,ubi Iupiter habet exaltatio=nem, Venus triplicitatẽ terminum & faciem & Luna domũ. In hoc caſu reperi Saturnum habere quinq́ dignitates, Iouem 12 Martem 9. Venerem 20. Mercurium 2. & Lunam 20. quia in hoc habebit æquales dignitates cũ Venere. Sed qa Venus

in angulo ſeptimæ, & domina ſigni aſcendentis quare, eam lunæ præpoſui in domino, & ipſam ſignificatorem ſeu almutē, ipſius infirmi dixi, quam Saturni aſtrum oppoſitis infecit radijs, quod ægrum pati grauiter in corpore, ac ſatis infirmum oſtendit. Et ob Saturnum infortunantem. Venerē ex horoſcopo dixi eum pati dolores capitis, eo quod prima domus caput reſpicit, & propter Saturnum in Tauro pati in collo & in uentre, Saturnus enim Tauro uentris ægritudines præſagit, uti dictum eſt in primo tractatu. Et hæ ægritudines proueniunt a cauſa frigida & humida. Et Venus almutes infectus ſupra terram, indicat ægritudinem in parte dextra fore. Aſpexi etiā ad partem loci infirmitatis, & ipſam comperi in Virgine, quę reſpicit uentrem cum inteſtinis, quare & ipſum in his dolore dixi, & hæc eſt intentio ipſius Hali. Sed cōminiter accipiunt ægritudines a ſexta domo &c. Et ſecundū hunc modū propt Virginē in ſexta patietur, ſimiliter in uentre & dominus ſextæ. Mercurius in nona domo, & in Capricorno oſtendit ipſū pati in Epate & coxis, aut ægritudines Mercuriales, de quibus præhabitum eſt. Iupiter tamē in ſexta præſagiet ægrotantem ab omnibus ægritudinibus euadere incolumen.

## CAPVT QVINTVM DOCET AN AEgrotans liberabitur ab ægritudine uel non.

SI affectas cognoſcere an infirmus euaſurus ſit infirmitatē aſpice in hora in qua ipſum inuaſit ægritudo, aut in hora quæſtionis, Solem, lunā & almuten aſendentis, & ſi eos cōperies liberos ab infortunis, & quod nullo aſpectu dominū domus mortis aſpiciāt, certus ſis eum euadere ab ægritudinibus. Et ſi duo horum ſic fuerint diſpoſiti, iterum euadet.

Sed ſi unus duorum ſignificatorum ſaluus fuerit ab infortunis, & alij duo non habuerint aſpectum cum domino domus mortis, ſimiliter, euadet. Sed ſi duo illorum fuerint infortunati

nati per infortunā quæ fuerit domina quartæ, aut octauæ uel ſecundæ domorum, mortem æger ſubibit. Si fuerit almutes aſcendentis, aut Luna & maxime ſi fuerint domina temporis hoc eſt ſi infirmitas incipit in nocte, quam lunā gubernat, uel etiam Sol fuerit dominus temporis, iuncti cum infortunis, aut cum domino domus mortis, aut in malo aſpectu ipſius, natus morietur. Luna uel dominus aſcendētis, iunctus Saturno, pro longabitur ægritudo. Dominus aſcendentis ſub terra, & luna iuncta Planetæ exiſtente in tertia, ſexta, nona, uel duodecima indicat mortem. Dominus aſcendentis, iunctus domino octauæ, & luna impedita. Similiter luna iuncta domino octauæ & dominus aſcendentis impeditus, haud facile mortem euadet. Et ſi dominus aſcendentis recipiatur, a domino octauæ domus, & dominus aſcendentis dominum octauæ non recipiet, indicat ægritudinem periculoſam, ſed non mortalem.

Sed ſi dominus aſcendentis uel Luna, recipiat dominū octauæ, uix a morte laberabitur.

Si aliquis Planeta, transferat lumē domini aſcendentis ad dominum octauæ, erit timor periclitationis infirmi, poterit tamen liberari per bonam cuſtodiam aſtantium & Medici.

Dominus aſcendentis in octaua, receptus a domino octauę nec ipſe receptus ab eo, indicat liberationem poſt deſperationē ſed ſi receperit eum dominus aſcendentis, mortē prætendit

Si dominus octauæ fuerit ponderoſior domino aſcendētis & fuerint coniuncti, ita quod dominus aſcendentis recipiat dominum octauæ, mortē præſagiet. Et hoc idem erit, ſi ſe aliquo aſpectu etiam Sextili aut Trino aſpiciunt.

Dominus aſcendentis in aliquo angulorum, indicat mortem & hoc quando dominus octauæ peruenerit ad gradū aſcendentis, hora quæſtionis ſeu infirmitatis, aut quando dominus Octauæ peruenerit ad gradum in quo ſteterat dominus aſcendentis.

Si dominus aſcendentis fuerit dominus octauæ, præfigurat mortem, quando præuenerit ad gradū in quo fuit dominus octauæ. Dominus octauæ domus in aſcendente, & dominus aſcendentis & Luna impediti augmentabitur multum ægritudo & æger erit in periculo, ſed euadet cū bona cuſtodia.

Dominus aſcendētis ſub terra, iunctus domino octauæ, in quarta, uel ſi fuerit ſupra terram in octaua, iunctus domino octauæ & eum recipiens mortem iudicat, ſed ſi eum non receperit, & dominus aſcendētis domum octauæ non receperit, ſed dominus octauæ receperit domum aſcendētis grauebit ægritudo, & æger erit in periculo mortis, ſed liberabitur.

Si dominus aſcendentis & octauæ ſe non aſpiciunt, ſed aliquis Planeta tranſtulit lumen inter eos, & dominus aſcendentis fuerit cadens, & dominus octauę in aliquo angulorum, ſignificat infirmum moriturum. Si dominns aſcendentis fuerit unus de ſuperioribus, & fuerit combuſtus ante Solē tredecim gradibus uel minus, uel poſt Solē quatuor gradus uel minus. Sed ſi fuerit de inferioribus, & fuerit tres gradus ante Solem uel minus, aut poſt Solē 4. gradus ul' minus, mortem præſagiet, ſed ſi dominus aſcendentis fuerit receptus, liberabit cū a morte, poſt deſperationem, & infirmus uidebit mortuus, cū tamen non ſit. Dominus octauæ, in quarta domo infortunatus, mortem indicat. Luna cum Marte in quarta ſi non tuebit benigno aliquo mortem. Luna in combuſtione Solis, mortē, Si in gradu aſcendētis, uel prope ad duos gradus fuerit malus ſignū eſt mortis, & numerus graduum illius diſtantiæ, ſi ſint ſigna mobilia denotat dies, ſi fixa, menſes aut hebdomadas. Timor magnus eſt de infirmo, cum interrogationis hora, aut hora decubitus in lectum ambo luminaria fuerint ſub terra. Pars fortunæ ſub terra prope caudā draconis, ad quatuor gradus, uel in octaua malum. Luna in loco malo, in ſigno fixo ꝓlongabitur morbus, in ſigno mobili, cito ſanabit, in cōmuni ſanabit termino medio, & egredieť de morbo in aliū morbū.

Malus

Malus in aſcendente, uel dominus aſcendentis malus, ſignificat quod infirmus erit mali regiminis, & ſibi ipſi nocebit.

Dominus aſcendentis uel dominus ſextæ retrogradus, uel combuſtus, uel in domo mortis, iunctus Marti uel Saturno per malum aſpectum, ſignum eſt mali & mortis.

Dominus aſcendentis, uel luna aut pars fortunæ in gradu aſimene uel tenebroſo, uel puteali indicat infirmitates radicatas in gradu lucido recentes, & peius ſignificant in ariete, cancro, ſcorpione, capricorno & piſcibus. Dominus aſcendentis iunctus planetæ in quarta, ſignum mortis, & maxime ſi talis planeta fuerit infortunatus. Almutes aſcendentis in ſuo caſu infortunatus aut combuſtus ſub radijs, mortem ſignificat. Et neceſſarium eſt præſcire uolẽti uere mortem aut infirmitates prognoſticare, natiuitatem ægrotantis, atq; dominum natiuitatis cum alijs ſignificatoribus duodecim domorum, & maxime dominum aſcendentis, nam ſi inuenias dominũ aſcendentis hora interrogationis aut decubitus ægri in lectum infortunatum a Marte aut Saturno in ſexta aut octaua domo, & dominus aſcendẽtis hora natiuitatis, ſeu dominus & almutes natiuitatis, fuerit eadem hora fortunatus & bene diſpoſitus, iunctus fortunis aut in eorũ fortunatis aſpectibus, non indicabis mortẽ, ſed ægritudines maximas & periculoſas a qbus æger liberabitur. Luna in principio infirmitatis, ſi fuerit in loco in quo fuit Saturnus in natiuitate, & fuerit Saturnus cũ ea in eodem loco, uel aſpiciat eam forti aſpectu, ſignificat fortitudinem infirmitatis cum timore. Sed ſi luna fuerit in loco in quo fuerit Mars in natiuitate, & Mars in eodem loco, uel in forti eius aſpectu, ſignificat fortitudinem infirmitatis & caloris, & periculum ratione ægritudinis. Si luna fuerit in loco in quo fuerit infortuna & aliqua fortuna fuerit cũ ea, & alia infortuna ipſam aſpiciat, indicat infirmitatis fortitudinẽ & periculũ magnum. Luna in principio infirmitatis in ſigno ſextæ domus natiuitatis, uel in ſigno quartæ uel octauæ natiuitatis,

& fuerit in fortuna in loco iſto cum luna, fortem præſagiet infirmitatem. Si fuerit in ſigno in quo fuit in natiuitate, & cũ ea primus dñs triplicatis anguli terræ, uel eam forti aſpectu aſpexerit, & fuerit idem planeta in radice cũ eo uel in eius aſpectu, indicat fortem infirmitatem cum periculo & timore.

An infirmitas ſit durabilis. Aſpice domũ ſextam, ſi cõperies in ea ſignum fixum, figiť infirmitas & non mutatur in aliã & hoc magis fortificať ſi dñs ſextæ etiam in ſigno fixo comperitur. Si in ſexta fuerit ſignum mobile, mutabitur ægritudo facile in aliam. Si fuerit ſignũ cõmune, alleuiabiť infirmitas una uice, & alia aggrauabiť. Et ſi luna ſepata fuerit a planeta orientali, erit ęgritudo noua. Sed ſi ſeparata fuerit a planeta occidentali erit ægritudo antiqua. Et ſi luna iungiť planetæ orientali, ægritudo cito curabiť. Si occidentali, curať tarde & cũ grauitate. Si fuerit iuncta planetæ uelocis curſu, & luna ſit uelox curſu, æger cito liberabiť. Si fuerit iuncta planetæ, retrogrado indicat prolongationẽ ægritudinis. Sed ſi fuerit iuncta planetæ tardi, curſus prolongabiť, & aggrauať ægritudo, ita ꝙ uix euadet infirmus. Et ſi uolueris ſcire tẽpus quo morieť, aſpice quot ſunt gradus inter applicantem, & cui applicat eoꝝ qui ſignificauerunt mortẽ. Et ſi fuerit in ſignis mobilibus, pone eos gradus, dies. In cõmunibus, menſes. In ſignis fixis, annos. Si applicãs ille qui mortẽ ſignificat, fuerit Saturnus, da cuilibet gradui annum uel menſem. Si fuerit Mars, da cuilibet gradui diẽ aut menſem. De hoc accipe exemplum in præſenti figura, ubi Mars qui eſt dñs partim octauæ domus, ratione ſigni ſcorpionis, poniť in angulo aſcendentis diſtans a gradu aſcẽdentis 31. gradus quod ſignificat malum & augmentum egritudinis cũ timore & periculo mortis. Volui nũc ſcire quo tempore hoc malum contingeret dedi cuilibet gradui inter aſcendentis angulum & Martem, diem aut męnſem, quare poſt 31. dies, aut 31. menſes, hoc malum nato præfigurabitur, computando ab hora & die quæſtionis aut decubitus ægri in lectum.

Caput

CAPVT SEXTVM docet exemplari manuductione, qualis ſit ægrotantis infirmitas, & quo mēbro corporis, & ex qua cauſa, & an ſit moriturus.




IN hac quæſtione comperi aſtra cęli, uti in ſequenti themate apparet, hoc habito, quæſiui primū almutes ſuper gradū aſcendentis, ſup ſolē, lunam, partem fortunæ & dn̄m horæ, & reperi Saturnū, unde ipſum dixi infirmi ſignificatorē, & ob eius regreſſum, infirmum ſatis affectū grauiter, et quia reptus in Sextili Martis qui eſt aſpectus imperfectæ amicitiæ, quare dixi Martē preſagire ægritudinis augmentū, & ꝙ eius ægritudo principaliter ortū habuit ab epate & ſtomacho, & a frigiditate, & humiditate, uti atteſtat Mars trinos radios ad cancrū proijciens, quod eſt ſignum frigidū & humidū, & ipſe Mars in ſigno frigido & humido in quo reſpicit uentrē, & quia ſignū cancri occupauit domū 5. quæ epar & ſtomachū reſpiciat, ſed quantū eſt ex rōne ſextæ domus, eiuſqꝫ dn̄o, aſt planetę a quo ſeparat luna, hoc eſt, Martis, a quibus ægritudo patientis dijudicet, dicat ꝙ patiet in uentre propter cancrū ſignū ſextę domus, & ꝑpter eius dominā lunā in leone circa cor & ſtomachū, & in fundo eius, & in dyaphragmate, ſed ꝑpter Martem a quo luna ſeparat in piſcibus etiam uentris paſſio præfigurabitur una cum doloribus pedum. Et quia Mars in ſigno frigido & humido quintæ & ſextæ domus in ſigno frigido & humido, octaua & dn̄s octauæ in ſigno partim frigido & hūido, & horoſcopus iuxta Ptolo-

mei doctrinam, in ſigno frigido & humido, quare huius infirmitatis occaſio erit frigiditas & humidites, & ortum ſuſcepit ab epate & ſtomacho, & inde deſcendit ad pedes.

De morre autem huius infirmi, aſpexi ad ſignificatorem ipſius infirmi, ſcilicet ad Saturnum, ipſumq́ reperi in oppoſito domini octauæ domus, & in quarto aſpectu lunæ, quare dixi infirmum uix euaſurum mortem, & hoc affirmat Mars in aſcendente in Sextili aſpectu domini aſcendentis, & in oppoſitione Iouis, qui cum aſcendente participat.

Tempus aũt mortis cum ſcire uolui, numeraui gradus inter aſcendẽs & Martem, reperiq́ xxxi. quare dedi cuilibet gradu diem, & ſic poſt dies xxxi. aut prope, dixi natum moriturum, aut grauiter uſq́ ad mortẽ fere paſſurum eſſe, & ſi nihil de his poſt xxxi. dies ſentiat, tunc ſibi proſpiciat circa xxxi. hebdomadas, aut tot menſes. Diſtantiã etiam lunæ inter quadratum Saturni ſeptẽ graduum, minatˀ periculum ægrotanti poſt dies ſeptẽ, aut hebdomadas vij. aut tot menſes. Et iuxta hoc exemplum poteris certificare alias conſimiles quæſtiones de infirmis, ſi ſaltem bene perpendas ea quæ antea tradidi.

## CAPVT SEPTIMVM
### De Medicinis lenitiuis.

INtellectis & cognitis quas ægritudines infirmus patietur, & in quo membro ex quibuſq́ cauſis & humoribus, ſequitur canonicus & regularis proceſſus habendus in curando ægrotos. Et primũ dicendo de lenitiuis. Medicus enim anteq́ digeſtiua adminiſtrat, prius neceſſariũ eſt ut aperiat uias & educat materiã, eaq́ p̱ lenitiua minorat, ne feces materia communis admiſceant medicinę, & uirtutẽ eius ingrediant, & fortitudinem eius atq́ operationem debilitant. Et medic na lenitiua cũ temperamento calefacit, ita q̨ ex operatione ſua non multum reſoluit, & eſt eius ſiccitas æqualis ſuę caliditati, & ſecundũ Galenum quinto ſimpliciũ medicinarum viij. cap. Medicina lenitiua quã rarificantem uocat, eſt calidior caliditate

membri &

membri & reſoluit aliquid de humiditate, non tñ in tantum ut attrahat ſubtile, & reſiduum exiccat. Et dicit lenitiua, quia lenit aut remollit membrũ durũ aut materiã induratã. Et quędã ſunt lenitiua fortia & quędã mediocria, & quędã leuia, à qbus primitus inchoandũ eſt, nã lenia magis cibalia quã medicinalia ſunt, & dãtur delicatis. Inter hæc ſunt duo aut tria oua ſorbilia cũ zuccaro per unã horã aut dimidiã ante prandiũ Secundũ lenitiuũ eſt dare v. aut vi. pruna damaſceni ante cœnã. Tertiũ eſt dare ℥ 15. uel ℳ 1. paſſularũ nigrarũ pinguium. Quartũ eſt dare v. uel vi. ficus recẽtes v. uel iiij. Caricas pingues ante cibũ, uel decoquãtur ficus, et dẽtur hoc modo. ℞. ficuum albarũ partẽ unã, atq; partes decẽ coquãtur lento igne donec ueniãt ad ſtatum regulæ, & da de eo conſtipatis quotidie ℥ iij. uel circiter. Electuarium utile ſenibus, habentes uentrem durum, Recipe ſeminis Carthami mundati, Aniſi ana ℥ ij. ficos albos pingues, mundatos xxx. numero, tundantur in mortario lingneo tenuiſſime. Baurach ℥ iij. tere. & in corpora omnia cum ficubus & melle deſpumato, & ſi nõ poſſunt bene incorpori, miſce cum eis aquam decoctionis ficuum quantum ſufficit, da mane de eo quantitatem oui.

Aliud lenitiuũ. Eſt brodiũ pinguis pulli uel gallinę, ſi p horã ante prandiũ detur. Aliud brodiũ cicerũ, brodiũ cauliũ, & ita fit, recipe, caules de mane, antecꝗ ros ab eis remoueatur, & coquãtur bene, & brodiũ datum ualet pro ruſticis. Poteſt dari decoctio maluarũ uel rubearũ uiolarũ, ſcutella plena, & hoc ſemper per horã ante cibum. Pro delicatis autẽ, ℞. ſcutellã unam de brodio aliquo prędicto. & dulcoretur cum ℥ 5. zuccari rubei, aut taberſet, aut penidiarum.

Lenitiua mediocria:
- Aqua lactis — exhibendo ℥ iiij. aut v.
- Serum Caprinum
- Aqua hordei excorticati ℥ iij aut v. ſed nõ excorticatũ eſt abſterſiuũ, ut in acutis febribus.

Lenitiua mediocria

Sebeſten v. aut vi. ante prandium
Ius galli decrepi. bene uerberati cõfert, dolori uentris & colicæ
Iuleb uiolarũ, Zuccarũ uio. ℥ i. aut v. ante pran.
Caſſia fiſtula, Manna ℥ ß. uſq; ad ij.
Terentabin, Siracoſi, ſunt ſpecies mannæ dantur ab ℥ i. uſq; ad ij.

Olea.

Oleũ Amigdalinũ, Siſaminũ, oleũ oliuarũ maturarũ, eſt ultimũ in induratione uentris. Solẽt tamẽ nõ nunq; patientes ex aſſumptione oleorũ incurrere nauſeam & uomitum, quare ſecurius dentur in clyſterijs, raro quis appetit bibere oleum.

Fortiora lenitiua

Dyacatholicon, Dyamuſti nicolai ʒ iij. uſq; ad vi. uel ad ℥ i.
Elect. de Spodio mõtegrani ʒ v. uſq; ℥ i.
Elect. de Epithimo, quod non multum eſt in uſu
Pilulæ Alephanginæ
Pilulæ Hieræ ſimplicis
Pilulæ agregatiuę in robuſtis in parua doſi nõ trahunt à longinquis, ſed ſolum ducunt à uijs ductuum.

Iſta dant̃ ante uerã purgationẽ, ut cũ per ea corporis diſpoſitio in lenitate ſiue facilitate fit cognita, ſciamus exhibere uerũ ſolitiuũ, nã ſi lenitiuũ debile euacuat patientẽ certus ſis dare uerũ laxatiuũ in parua quantitate. Hanc cautelã bene notare debent noui Tirones medicę artis, qui cũ doſim minorare uelint, ſemper ſtare debent in media Doſi ab authoribus deſcripta.

Caput

## CAPVT OCTAVVM DE VOMITV

VOmitus, eſt ſtomachi motus non ſubitus nec impetuoſus quo mouetur ad expellendum rem nociuam, in fundo ſuo exiſtentem, & cum hoc eam ad extra propellit. Et ſunt uomitiua in quintuplici differentia. Sunt enim quædā ſimplicia, quædam compoſita, quædam leuia, aliqua fortia, & ultimo medio cria. Et a' leuioribus ſemper regulariter inchoādum eſt. Si uis prouocare uomitum, eligas ſigna ruminantia (ut ſunt Aries, Taurus, Capricornus) & ut luna ſit in eis, aut quod unū ex his ſignis ſit in Horoſcopo hora uomitus dominuſq; aſcendentis in medio cœli, aut in exaltatione ſua, & quod ſignum in quo comperitur luna, ſit fortunatum, & quod Planeta bonus ſit in eo, aut bono aſpectu aſpiciens, & bonum eſt eſſe lunam diminutam lumine in Tauro & deſcendentem, aut quod ſit ipſa & dominus aſcendentis in Cancro Leone, aut in Virgine, & Luna applicans fortunis. Et caueas quadraturam Iouis, maxime in ariete. Vomitiua ſimplicia. Aqua ſimplex tepida, aqua hordei tepida, data per ſe ℥ iiij, aut v. aut cum unctuoſis, ut Recipe Aquæ hordei tepidæ ℥ iij. olei communis, uel zizamini ℥ 1 5. & da tepide. Sed magis incitat penna intincta in oleo zizamino, & intromiſſa in guttur. Comeſtio multa ficuum recentium uomitum incitat.

| | | |
|---|---|---|
| | Syrupus acetuoſus | dando ℥ iij. |
| | Oximel | |
| | Hydromel | |
| Compoſita Leuia | Mellicratū et ſyrupi de p̄di. | da poſt cib. |
| | Syrupi acetoſi cōpoſiti ℥ 1 5. | |
| | Aquæ hordei ℥ iij miſce. | |

Vomitus uero aliquādiu ſtet, dum uomitiuum cum cibo & materia in ſtomacho exiſtente, bene poſſet miſceri, & tunc uomet, ſi non, adiuua cum digito uel penna unctuoſa, ut ſupra.

Hæc omnia habent ſua unctuoſitate ſtomachum relaxare, retentiuamq; eius debilitare, ideo q; ad nauſeam prouocant.

Vomitiua mediocria
- Anetum flos eius
- Atriplex ſemen & radix eius
- Naſturtium
- Semen raparum
- Eruca
- Semen Melonum & radix
- Cucumer cum ſeminibus

Decoquantur hęc in aqua cū unctuoſis ſupra dictis ſcilicet oleo cōmuni zizamini, &c. cōbinādo plura ſimul, uel unū tā tū, ut in exemplo, ℞. florū Aneti atriplicis ana ℥ſ. ſeminū raparū ʒſ. aut ℥ſ. decoquātur ad cōſumptionē quartę partis de colatura, accipe ʒ iij. cū unctuoſitate aquæ. Inter cōpoſita eſt oximel, ſcylliticum, quod eſt ualde inciſiuū datur ʒ i ſ. cū decoctione dicta. Iſta uomitiua mediocria, magis habēt grauare ſtomachū ratione cuius grauedinis incitat̄ natura ad expellendum, ſicut contingit in his qui ſumunt cibum in quantitate ſuperflua, unde grauatur ſtomachus eorum, & incitatur natura ad eijciendum quicquid poteſt.

In gradu autem forti, Vomitiua ſunt quædam ſimplicia, & quædam compſita, quæ ſunt duplicia. Nam quædam faciunt hoc pungendo, & grauando, ut radix raphani & ſemen eius, & decoctio raphani, cepe et ſemina eius, bubbi & ſemina eius, Sal indi, baurach. Quædam faciunt hoc irritando & trahendo materiam ad ſtomachum, ſicut Baccara, & eius decoctio, ſuccus baccarę, Tapſia, catapucia maior et minor, radixq́ eius cum decoctione.

Prouocat Vomitum
- Nux uomica
- Helleborus uterq́, eiuſq́ decoctio
- Succus interioris, corticis Sambuci ſcilicet uiridi coloris
- Succus Eſulæ
- Succus brionię
- Calamentum mundanum

Et

Et hæc per ſe prouocant uomitū, aut cum cōmixtione præcedentium, ut recipe, decoctionis atriplicis ℥ ij. decoctionis hellebori aut raphani ℥ ſ. miſce & propina ſubito, uomitiuum optimum, Recipe ſquillæ ℥ ij. ſeminis atriplicis quartam 1. raphani ℥ iiij. aceti ℥ ij. aquę quantum ſufficit, recipe decoctionis ad lib. ſ. prius tamen comedat unam uel duas rotundas rotulas raphani, deinde bibat de prædicta coctione ℥ ij. cum ℥ 1. olei, & poſt modicum tēporis uomat. Et ſi dare uolueris fortia uomitiua, humecta antea corpus multis cibis bonis & potibus. Solus enim cibus ſine cuiuſlibet rei additamento, naturaliter humectat ſubſtantialia membra corporis, uti habet Conſtantinus ſuper Aphoriſmo. Hippocratis ad helleboros his &c. Aqua autem ſi bibatur, ſubſtantialia corporis membra inde non humectantur. Et prouocetur uomitus tempore æſtatis iuxta Hippocratis mentem, cum dicit, Purgare quidem æſtate ſuperiora, hyeme uero inferiora. Hæc pro nouis Tironibus de uomitu ſufficiunt.

## CAPVT NONVM.

### De ſuppoſitorijs.

POſtquam dictum eſt de his quæ ſuperius euacuant, nunc dicendum eſt de his quæ inferius adminiſtrata leniunt & euacuant ſimul, ſicuti ſunt ſuppoſitoria & clyſteria. Et a ſuppoſitorijs incipiendo, dico duplicia fore ſuppoſitoria, naturalia & artificialia. Naturalia ſunt in triplici gradu, leui ſcilicet, forti, & mediocri. De leuibus eſt blitis, caulis, mercurialis, tam radices quam tirſæ & ſtipites quæ formētur ad modum ſuppoſitorij, & inungantur melle. Aliud fit ex lardo tam dulci quam ſalito, ſed plus laudatur ſalitum, nam ratione pinguedinis lenit, & ratione ſalis incitat expulſiuam. Aliud fit ex caſeo ſalito, qui ratione lactis lenit, & ſalis incitat uirtutem. Poſſet etiam fieri ex caſeo non ſalito, inuncto cum melle, ualetque in uermibus. Aliud fit in ſtercore muris, quod multum incitat uirtutem, tam in pueris quam in adultis. Sanguis humanus exiccatus.

formatus ad modum ſuppoſitorij ualet. Penidiæ tandem ſuppoſitę in patientibus, contra uermes multum ualet, ſed eſt magis artificiale ꝙ naturale.

Mediocria ſuppoſitoria non artificialia, ſunt aut de melle ſolo, aut de melle & ſale, & de hoc nota Regulam, quod ad ʒ 5. mellis ponitur ſalis ʒ 1. aut 5. & ad ignem bene decoquantur, et ſcribatur ſic, recipe mellis ʒ 1. ſalis ʒ 1. bulliat mel cum fit coctū ad ſpiſſitudinem, potes tamen plus aut minus, ſecundum quod uis acuere, accipere de ſale, & funde ſuper lapidem tabulā aut aſſerem politum, & fac ſuppoſitoria in longitudine digiti minoris. Poſſunt etiam fieri ſuppoſitoria ex uitello oui & ſale et modico croco in panno lineo. Aut ex Sapone albo cum axungia, & hoc eſt unum de fortibus. Alia fiunt ex ſale gemma, aut alumine, uel ex radice cucumeris aſinini, & ex his ultimis utimur in morbis magnis.

Artificialia ſuppoſitoria, ſunt quadruplicia. Quędā enim componuntur ex melle & puluerıbus magiſtralibus ex ſale cōmuni, quædam ex melle & alijs pulueribus fortibus & ſale cōmuni, quædam ex melle & liquoribus, quædam ex melle & ſale non communi. Exemplum primi, recipe mellis pulueris Hierę ſimplicis, aut Hierępicrę, quę dicuntur ſpecies magiſtrales & eſt de hoc regula communis, quod ad ʒ 1. mellis ponitur ʒ 1. aut 5. ſpecierum. Secunda regula, quod de ſale cum hoc ponitur ʒ 1. aut 5. ſecundum quod uis acuere et incitare naturam expulſiuam, ut in exemplo.

Recipe { Mellis ʒ 1<br>Specierum Hieræpicræ ʒ 1.<br>Salis communis. ʒ 5 }

Decoquatur mel, & cum coctum fuerit imponantur ſpecies & ſal, & fiat ſuppoſitorium, ne ponas pulueres ad mellis decoctionem, ne uirtus earum per decoctionem reſoluatur, ſed poſt mellis decoctionem.

Exemplum ſecundi, quod fit ex melle & ſale communi, & pulueribus

pulueribus fortibus,ſicuti ex puluere Hellebori albi, euforbij & huiuſmodi. Et eſt regula cōmunis, q̄d ad ℥ 1. mellis, ponitur de puluere illo ℈ 5. ℨ v. & eſt ſalis ℥ 1. aut 5. ut recipe mellis ℥ ij. coque & miſce Euforbij ℈ 1. ſalis ℥ ij fiat ſuppoſitorium.

Exemplū tertij, quod fit de ſuccis & liquoribus melle & ſale cōmni, ut eſt ſuccus Titimalli fella, & precipue thaurinum.

Et eſt Regula, quod ad ℥ 1. mellis ponatur de ſuccis ℈ 5. aut ℨ vi. ut recipe, mellis ℥ ij. fellis tauri ℈ 1. poteſt addi de ſale parum fiet decoctio pro ſuppoſitorio.

Exemplum quarti, quod fit de ſale non cōmuni, ſed de Indo ſale nigro, Baurach, armoniaco, & de ſale nitri & de melle. Et eſt regula quod ad ℥ 1. mellis, ponantur ℨ v. aut ℈ 5. de ſalibus & formatur ſuppoſitorium.

An mel ſit ſatis decoctum ſic agnoſcatur. Si ponatur cum ſpatula ſuper lapidem aut aſſerem politum, & non fluat & ſtet, tunc ſatis coctum cenſebitur, ſi fluit, decoquatur amplius. Et ſuppoſitoria debēt reſeruari in oleo aut in pinguedine aliqua maxime porci caſtrati, ut melius intromittantur in anum.

Regula ſumme notanda. Si expertus medicus fortificare uoluerit expulſiuam uirtutem, adminiſtrat ſuppoſitoria, Luna exiſtente in ſignis frigidis & humidis, ut in Cancro, Scorpione & Piſcibus.

## CAPVT DECIMVM DE CLYSTERIIS.

Clyſteria debent adminiſtrari in bonis & fortunatis cœli conſtellationibus, quoniā tunc complebitur operatio eorum perfecte, quare aduertat medicus in hoc lunam fortunatā in primis 19. gradibus Libræ, exiſtentem ſimiliter & in Scorpione, præterq̃ in tribus primis gradibus Scorpionis.

Et ſi Luna in Trino uel Sextili aſpectu ad Iouem aut Venerem, in hoc tamen laudabilior eſt aſpectus Lunæ ad Venerem q̃ ad Iouem.

Caueat tamen Medicus ne clyſteria adminiſtret, luna exiſtente in coniunctione cum Ioue aut cũ Venere, ne abbreuiet opus medicinæ nimis laxando aut debilitando corpus, & ne boni humores cum malis extrahant. Dicit enim Ptolomeus in Centiloquio. Si quis purgatorium acceperit, Luna cum Ioue exiſtente, abbreuiabit opus eius, & effectus eius minuet. Et Clyſter capitur cõiter ut nõ diſtinguatur ab Enemate. Sed proprie clyſter eſt inſtrumentum, & enema liquor, qui cum illo inſtrumento in anum inijcitur. Et ſunt clyſteria quædam lenia, quædam fortia, & quædam mediocria. Lenia uero tripartiuntur. Primum lene, eſt aqua, & hoc in febribus hordei, & hordeum excorticatum eſt plus alteratiuum & lenitiuum, non excorticatum autem plus abſterſiuũ, & eſt qualitas eius lib. 1. uel 1. & 5. & imponimus cum oleo uiolato.

Secundum clyſterium lene ex brodio pulli uel gallinæ, aut aliarum carnium uel piſorum, & fac brodiũ pingue ubi plus uelis linire, aut nõ pingue ſi magis cupis lauare coctum cum ſale lib. 1. 5. Et poteſt addi ʒ 5. zuccari boni, & ualet prægnantibus, puellis, decrepitis & debilibus. Et uolũt quidem ſi quis per os nequeat recipere nutrimentum, dicta clyſteria adminiſtrata de brodijs, ipſum longo tempore enutrire.

Tertium clyſterium lene, fit ex lacte, ut recipe lib. 1. lactis, cui addatur aliquid de zuccaro uel de melle, quando non ſit febris ʒ 5. conuenit uermibus puerorum. Regula in præſentia uermium, uel timore eorum nunquam per inferius ponenda ſunt, amara licet ſint appropriata uermibus, ut lupini, aloes, gentiana, diptamum, centaurea &c̃. quia fugarent uermes ſurſum, ſed talia dantur per os ut cogant uermes deorſum deſcendere. Et per inferius dulcia ſunt exhibẽda allicientia eos. Necꝫ in pueris qui uermes patiuntur, oleum ad clyſteria imponatur, quia oleũ ſua proprietate uermibus inimicatur, uermes uero ſunt de natura ueneni, ſic ipſum oleum fugerent & ſurſum aſcendent, detur ergo eis oleum per os.

Medio

Mediocria clyſteria fiunt ex decoctionibus & rebus ingredientes. Decoctionibus ſunt tales intentiones, uel intendis melius linire uel alterare, uel abſtergere aut reſtringere, aliquando etiam membra appropriata reſpicere, aliquando ea conſolidare.

Lenitiua molliſicatiua.
- Malua
- Altea
- Maluaniſtus — radices & ſemina eorum
- Branca urſina
- Atriplex
- Semen lini
- Semen Pſylij
- Semen Fenugræci

Lenitiua alteratiua.
- Viola
- Lactuca
- Portulaca
- Spinachia

Abſterſiua
- Decoctio bliti
- decoctio hordei
- Mercurialis
- Furfuris

Subtiliatiua
- Capilli Veneris
- Lupulus
- Cuſcutæ
- Paritaria.
- Milium Solis
- Camedreos
- Camepiteos
- Senacion
- Radix bruſtij
- Radix Spargij & ſemina
- Aniſi
- Fœniculi
- Petroſelini

Subtiliatiua & reſolutiua uentoſitatum Decoctio Camomillæ, Melliloti, Aneti, Rutæ, ſimiliter ſemen Aniſi, Carui, Ameos, Siſileos.

Conſtrictiua
- Corrigiola
- Plantago
- Burſa paſtoris
- Cupulæ glandium
- Cortices caſtaneorum
- Lambruſca
- Lapatium domeſticum
- Semen acetoſæ
- Semen Portulacæ
- Seta combuſta
- Vitelli ouorum combuſti
- Sanguis Draconis
- Terra ſigillata
- Acatia
- Bolus Armeni
- Ipoquiſtidis

De alijs medicinis, conſolitiuis, maturatiuis, inciſiuis, corroſiuis &c̄. ubiq; in Authoribus conſcripta comperies, quare hic breuitatis cauſa eas dimiſi.

Regula generalis pro decōctionibus, recipe quãtitatem placitam aquæ, ut lib. ij uel iiij. bulli. in ea res uſq; ad conſumptionem medietatis uel tertiæ partis, deinde coletur per pannum ſpiſſum cum expreſſione, dehinc ℞. huius colaturæ in adultis lib 1 5. uſq; ad ij. In pueris & infantibus lib. 5. uſq; ad 1. Exemplum ubi uis lenire & cum hoc abſtergere, recipe Maluę alteę Mercurialis, ana ℳ 1. bulliãt in lib. iij . aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis, coletur de colatura ad lib. 1. 5. tepide cum ʒ iij. Salis. Et ſi uis adde de laxatiuis iuxta exigentiã ponẽdo ℥ 1. uſq; ad ℥ 1 5. aut ij. de caſſio fiſtula. p euacuatiõe Choleræ & Phlegmaticis addat benedicta laxatiua, uel dyacarthami aut dyaphinitionis. Sed euacuando Melancholiam, adde dyaſæne, dyacatholiconis, & ſic de alijs, ſic adde olea plus calida aut frigida ſecundum materiam peccantem. Et ſi uolueris re

ſoluere

ſoluere uentoſitates accipe carminantia uentoſitatum, ut Recipe Camomillæ, Mellilotí. Rutæ, Aneti ana ℳ 1. Carui Cimini, Beccarum lauri, ana ʒ ij. bulliant in lib. iij aut iiij. aquæ ſecundum ſufficientiam uſq; ad conſumptionē medietatis aut tertię partis coletur. Recipe huius colaturæ lib 1. 5. &c. deinde ponantur olea uel ſucci aut oua & ſal incitans.

Et oleorum quędam leniunt & ſoluunt ſicuti oleum amigdalarum dulcium, oleũ cōmune, et zizaminum, hoc idem faciunt medullæ oſſium pinguedines, & butyrum non ſalitum. Quædam reſoluunt, ut camomillinũ, anetinũ, abſinthei, ſambucini & laurinum. Alia Alteratiua, ut uiolarum. Succi ſunt blitis Mercurialis, alteæ, maluæ &c. Doſis oleorũ communis eſt ʒ 1. uſq; ad iiij. Eſt tamen cōmunis regula, quod ad lib. 1. 5. decoctionis ponantur ʒ iij. uel iiij. olei, & ʒ 1. uel 1. 5. uel ℈ ij. ſalis. Exemplũ pro clyſtere lenitiuo, recipe maluę blitis Mercurialis ana ℳ 1. ficuum pinguium numero xij. ſeminis aniſi, fœniculi, cimini, ana ʒ iij. fiat decoctio uſq; ad conſumptionē medietatis, de qua recipe lib. 1. 5. in qua diſſolue caſſia fiſtulæ mellis roſati ana ʒ iij. olei uiolati ʒ iij. ſalis communis ʒ. 5.

Incitantia, ſunt Sal indi, communi, & Baurach, Doſis fortium Salium eſt ʒ 1 5. uſq; ad ij. De ſale communi ʒ iij. ad ʒ 5. Interdum ponimus etiam alia, ut zuccarum rubeum, taberſet zuccarum uiolarum, ut in febribus, uel mel roſatum colatum gratia abſterſionis, & ponitur de his ʒ 1. uel 5. Aliquando ponantur ij. uel iij. uitella ouorum quia habent lenire & confortare inteſtina, & ut adhęreat clyſtere partibus inteſtinorum.

Regula generalis quod manipuli duo herbarum requirunt unam Libram aquæ. Scribunt tamen communiter practicantes. Recipe maluæ, biſmaluæ Paritariæ, & cętera. Decoquantur in ſufficienti aqua, &c.

## CAPVT VNDECIMVM DE DIGESTIVIS

HActenus de clyſterijs, tunc conſequenter ad digeſtionem materiorum procedẽdum eſt, iuxta Hipocratis dicta. Digeſta medicari & moueri nõ cruda. Et eſt digeſtio pręparatio humorum expellendorum, & hęc conuenit in morbis materialibus, id eſt, incipientibus a materia cruda, nec conuenit morbis immaterialibus, ubi nõ reperitur peccatum humorum ſed hij morbi ſunt ſoli alterandi. Et morbus materialis, uel humor peccans, ſi eſt corrigibilis & reducibilis ad benignum, tunc non conuenit ei euacuatio, neq; digeſtio, cũ ipſa pręparat ad expulſionem, ſed conueniunt alteratiua per quæ reducitur ad benignum. Si autem non eſt corrigibilis, tunc primo cõuenit digeſtio, & poſt euacuatio & eradicatio eius, regulariter operando, iuxta Hippocratẽ. Digeſta medicari &c. Dicitur regulariter operando, quia coacte in materia multa furioſa aut uenenoſa euacuamus non pręcedente digeſtione, ubi habetur in dicto Aphoriſmo Hippocratis. Vnde male faciunt Medici, a principio euacuantes, quia ſępe morbus incurabilis. Male etiam operantur, dantes digeſtiua & euacuatiua in ſanis corporibus. Secundo Aphoriſmorum. Sana habentes corpora, pharmacijs purgari exſoluuntur.

Regula ſumme notanda. Si uolueris roborare digeſtiuam uirtutem, ſit luna in Geminis, in prima medietate Librę, & in Aquario iuncta Ioui bono aſpectu, præcipue cum Iupiter fuerit in ſignis conſimilibus lunę, & ſi Luna ſit in ſigno calido & humido, quod tunc Iupiter etiam fuerit in ſigno huius naturę. Et ſunt tres humores digerendi aut euacuãdi, puto Melancholicus, Cholericus, et Phlegmaticus, de qbus primũ reſpicit ſtella Saturni, quare cum purgare uolueris humorem Melancholicũ, ſit Saturnus debilis, cadens, nec ſit in hora Saturni, ſed in hora Iouis, & quod Iupiter ſit fortunatus. Secundum humorẽ Cholericum, reſpicit Mars, quare ſi hunc humorẽ euacuare uolueris, ſit Mars debilis nec in hora eius, ſed in hora Veneris fortificato

tificato Venere. Si autem phlegmaticum humorem curare in tẽdimus, fiat Luna debiliter diſpoſita, nec in hora eius, ſed in hora ſolis, Sole fortificato. Nam ſi luna quæ reſpicit humorẽ Phlegmaticum, eſſet fortis, tunc fortificaret & augmentaret phlegma, quo augmentato, reſiſteret ſua fortitudine ipſi medicinæ, & eius fruſtraret operationem, & hoc intelligendum eſt de alijs Planetis. Et humor peccans, aliquãdo peccat ſua groſſitie, aliquando uiſcoſitate, aliquãdo ſubtilitate. Et ideo groſſus dirigetur per calida & ſubtiliatiua. Viſcoſus cum incidentibus, ſubtilis cum ingroſſantibus. Exhibentur digeſtiuæ medicinę duplici forma, ſcilicet ſyruporum & aquarum. Syrupi quidem ſunt magiſtrales, quidem uſuales ſiue conſueti. Et aquarũ quędam diſtillatæ, quædam ex herbis decoctæ. Syrupi autem & aquæ appropriatæ, cuilibet humori in ſequẽtibus apparebunt, de quibus nota regulas ſequentes.

Prima regula. Quia morbus in quo uis digerere humores uel eſt per communitatem uel per eſſentiam. Si per communitatem, tunc primo intende ad digeſtionem & remotionem materiæ membri mãdantis. Si uero per eſſentiam, uel eſt morbus appropriatus uni mẽbro, aut eſt cõmunis pluribus membris. Si primum, tunc dabis digeſtiua illi membro tantũ appropriata. Si ſecundum uel materia, eſt una tantum, uel diuerſa primo modo unum dabis digeſtiuum. Secundo modo, dabis digerentia aggregata ad diuerſas intentiones.

Secũda regula. Syrupus uſualis, de per ſe ſolus nõ datͬ ſed per cõmixtionẽ aquarum. Primo ne ſuam ob dulcedinẽ nauſeam inferret. Secundo redditur enim per aquam liquidior et ſubtilior ad ſumendum. Tertio quia per aquam datur ſyrupo penetratio ad mẽbra diſtantia. Quarto quia aqua per ſe habet uirtutem digeſtiuam, & ſic ſe mutuo iuuant in digerendo.

Tertia Regula. Eſt quod omnis Doſis Syruporum eſt ℥ i. ʒ. aut plus in modico ualde ne nauſeam afferat aſſumenti. Doſis autem aquarum eſt communiter ℥ iij. Sed quando aqua

datur ſeorſum Doſis pro una uice eſt ℥ iiij. Quarta regula, Medicus in clarificatione ſyruporum ut efficiantur magis delectabiles aſſumēti, debet ſumere ſubduplam quantitatē, ultra prædictam, ut facta clarificatione per ignē & reſolutionē, maneat in dicta doſi, & ita de aqua dicendum. Etiam ſi uoluerit aromatizare uſualem ſyrupum, uel aquas augeat Doſim.

Quinta regula, Melius eſt dare ſyrupos non clarificatos, quia melius operantur, maxime in materia acuata.

Sexta regula, medicus ſemper in ſuis receptis debet ponere aliqua confortantia ſtomachum, de quibus infra.

Septima regula, In omni ſyrupo ponantur Cordialia, ſicut Meliſſa, Borago, Bugloſſa, uel aquæ eorum.

Octaua regula, Medicus uolens ordinare ſyrupum uſualē debet ſumere aquam appropriata membro, cui proporcionatur ſyrupus, unde aquarum & ſyruporū aliqua reſpiciunt, caput alia pectus, alia ſtomachū, ut infra dicetur, uerbi gratia. In morbo ſimplici ſtomachali frigido, dabit ſyrupum de Abſintheo uel de Mentha in Doſi ℥ 1 ſ. cū aqua abſinthei ℥ iij. Sed in morbo compoſito diuides ſyrupū, ita tamen quod maior quantitas reſpiciat deteriorē ægritudinem, & minor quantitas minorē, uel faciet quod ſyrupus reſpiciat unā, & aqua aliam. Et ut hæc melius intelligantur, limitemus exemplum in unaquaque parte corporis, tā in materia calida quàm frigida, prætereà in ſanguine, in ſanguine enim non conuenit digeſtio uel euacuatio cū medicinis, ſed ſeparatio malorum humorū à ſanguine. Exemplum in digerendo Phlegma, pro quatuor uicibus dandis, & hoc eſt quando potiones digeſtiuę mittuntur ad extranea loca, ubi non ſunt Apotecæ. Recipe Syrupi de Iſopo, Oximel ſimplicis, ana ℥ ij. ſ. Oximel compoſiti, ℥ i. aquarum Fœniculi. Petroſelini ana ℥ iiij. aquarum graminis Apij ana ℥ ij. miſceantur pro quatuor uicibus.

Syrupi digerentes Phlegma. Aquæ digerentes Phlegma.

Syrupus de
- Calamento
- Mentha
- Abſintheo
- Liquiritia
- Iſopo
- Praſſio
- Eupatorio
- Sticados
- Acoro
- Arthimeſia
- Mel roſatũ cola.
- Oximel ſimp.
- Oximel comp.
- Oximel ſquil.
- Biſantijs

Aqua
- Menthæ, Apij
- Calamenti
- Arthimeſiæ
- Abrotani
- Graminis
- Fœniculi
- Petroſelini
- Enulę campanę
- Brioniæ
- Eufraſię
- Iſopi, Saluiæ
- Maioranę
- Roris marini
- Lauendulæ
- Origani

Nota ſyrupus de abſintheo, nũ ꝙ debet dari in primis digeſt.

Syrupi digeren. Melancholiam

Syrupi de
- Pomis
- Fumo terræ
- Epithimo
- Thimo
- Acetoſus cõp.
- Biſantijs
- Boragine
- Bugloſſa
- Oxizacra cõp.
- Oximel ſquil.
- Sticados & ſco.

Aquę digeren. Melancho.

Aqua
- Sambuci
- Tamariſci
- Boraginis
- Bugloſſæ
- Azari
- Eupatorij
- Scolopendriæ
- Fumi terræ
- Lupulorum
- Meliſſæ
- Cuſcutæ

Et cum dictis ſyrupis & aquis, ponimus etiam directiua, ut gratia exempli, Recipe ſyrupi de Pomis compoſiti, ſyrupi de Epithimo ana ʒ 5. aquarum, ſcolopẽdriæ, Fumi terræ & Bugloſſę, ana ʒ 1. aromatiza ut ſupra dicetur de digerẽtibus Choleram cum ʒ 5. nucis muſcatę, fiat ſyrupus pro una uice.

Syrupus pro quatuor uicibus. Recipe ſyrupi de Epithimo, ſumi terræ, ana ℥ ij. Syrupi de Biſancijs, de Boragine ana ℥ 1. Aquarum ſambuci, Boraginis, Bugloſſæ ana ℥ iij. aquarũ ſcolopendriæ, Thamariſci ana ℥ 15. miſce. pro quatuor uicibus.

Pro Syruporum compoſitione, ex ſimplicibus præpone quæ maiori indigent decoctione his quæ minori, uerbi gratia primo radices, ſecundo herbas ſeu folia, Tertio fructus, quarto ſemina, quinto flores. Exemplum pro Cholera.

℞, Radicum Accori
Enulæ campanæ
Apij ana ℥ ij.
Herbarum
Menthæ
Meliſſæ
Iſopi ana M 1.
Prunorum Damaſ.
numero xij.
Seminis Aniſi
Fœniculi
Cimini ana ℥ ij. uel iij.
Florum
Anthos
Boraginis
Sambuci
ana ℥ iij, uel ℥ 5;

NOTA quod in Receptis radices ordinantur ad põdus, herbæ ad manipulos. Fructus ad numerum, Flores & Semina ad pondus. Et ubi uoluerimus facere ſyrupũ ad perfectionem ponimus pro lib. 1. decoctionis, uel ſucci lib. 1. zuccari in coquẽdo ad conſumptionem liquoris aut ſyrupi. Et maxime fiũt tales ſyrupi cũ eos ad plures dies ſeruare uoluerimus. Eſt alius ſyrupus, qui dicitur longus ſiue paruę decoctionis, ita quod poſt illius decoctionẽ remanet cũ zuccaro de decoctione tãtũ ſicut de zuccaro uel duplũ aut minus, ſecundum arbitrium tuum.

Fiet decoctio uſq; ad cõſumptionẽ medietatis aquę, de qua ℞. lib. unam, & cum zuccaro lib 1. fiet ſyrupus ad perfectionẽ decoctus, uel cum 1. lib. zuccari, & media mellis lib. 5.

Digeſtiuum ex decoctione propria, de quo poteris uti loco aquarũ cũ ſyrupis appropriatis. Exemplũ pro Cholera. Fiet decoctio in ſufficiẽti quantitate aquæ, ad conſumptionem medietatis, & in decoctione lib. unius, permiſce. ſyrupi endiuiæ acetoſæ ſimplicis, ana quartam unam miſce. pro quatuor uicibus ma

bus mane & ſero. Nā uides quod in prædicto digeſtiuo eſt de decoctione duplū reſpectu ſyruporum. Sunt autem nonnulli qui prędictę decoctioni non addunt ſyrupos, ſed ſolum dictā decoctionem dulcorant cum zuccaro.

Recipe utriuſq; Epaticę
Endiuiæ
Lactucæ
Acetoſæ
Portulacæ ana M 5.
Prunorum damaſce. numero xij.
Quatuor ſemina frigida maiora & minora ana ʒ 1.
Trium florum communium ſcilicet.
Violarum
Boraginis
Bugloſſę ana ʒ 1 5.

Iuleb, utimur quandoq; loco Syrupi, qui fit ex aquis diſtillatis, aut coquendo ad perfectionē aut longum, ut dictū eſt de ſyrupis. Exemplū pro febre tertiana. Recipe aquarū Endiuiæ, Portulacę, ana ʒ v. lib. 5. fiet Iuleb, ad lib. 1. aut ʒ x. Et eſt Iuleb aliquādo res ſimplex tantū, aliquando cōpoſita ex multis, & ſolū fit cū zuccaro & nō melle & maiorem requiret decoctionem quam ſyrupus, & in hoc differt a' Syrupo.

## SIRVPI DIGERENTES CHOLERAM

Syrupus:
- Endiuiæ
- de Agreſta
- Roſarum
- Papaueris
- Citoniorum
- Violarum
- Iuleb uiolatum
- De berberis
- Iuiubarum

Syrupus:
- Acetoſus ſimplex.
- de Portulaca
- Nenufaris.
- Acetoſitatis citri.
- Mirtinus
- Oxizacra ſimplex
- Dyarodon
- de Ribes

Syrupus Endiuiæ eſt duplex, quidem ſimplex, qui fit ex ſucco Endiuiæ & zuccaro decoctis ad inuicem, & iſto modo

utūr in prīcipio febriū acutarū. Alius eſt cōpoſitus, q̄ fit diureticus, ſecundū Gētilē, & iſto modo utimur in fine febriū.

Aquæ digerētes Choleram

Aqua
- Endiuiæ
- Cicoreæ
- Portulacæ
- Nenufaris
- Acetoſæ
- Cucurbitę
- Scabioſæ
- Lactucę
- Roſarum
- Violarum
- Lupuli
- Papaueris rubei

Iſti ergo ſyrupi & aquæ ſunt pro digeſtione Choleræ, ſiue peccat in capite aut alio quocumq; membro. Si uis ut eorum uirtus ueniat ad caput, oportet ponere aliq̄d quod deferat uirtutem eorū ad cerebrū. Et hoc fit multis modis. Primus eſt quod ipſi dantur per horas duas poſt cœnā dum fumi eleuantur à cibo, & perueniunt ad cerebrū, ducant ſecum uirtutem. Syrupi modus iſte à paucis laudatur. Secundus modus, ut cū dictis rebus frigidis admiſcemus aliquod cerebrale calidum, in pauca tamen Doſi, ita ut tantū deferat ad caput, uerbi gratia, ponēdo ſticados uel maioranā, ad aliquod de dictis ſyrupis et ſimplicibus, ut recipe ſyrupi de Endiuia ℥ i. ſyrupi uiolati ʒ ſ. aquę acetoſę, Endiuiæ, aut ℥ i. Tertius modus eſt, ut aromatizetur cū aromatibus reſpiciēti bus illud membrū, & hoc multipliciter. Primo quando conficitur ſyrupus magiſtralis, et cum confectus fuerit, tunc in fine ponantur aromata reſpicientia cerebrum, ſicut nuces muſcatę Sticados &c̄. Secundo quando capias ſyrupos & aquas in ſimul, & in eis infundas ℈ iſ. aut ij. nucis muſcatæ, uel alterius cerebralis, per ſe aut in pecia ad iij. aut iiij. horas, & poſtea cola ab eis. Tertio fit infundēdo in ipſis aquas per ſe, uel in pecia iiij. horis, deinde cola & da, ut ℞. Syrupi Violati aut Roſati ana ℥ iſ. uel ʒ vi. aquarum Endiuiæ, roſarum ana ℥ iſ. infunde in aquas ℈ ij. nucis muſcatæ, per quatuor horas, deinde cola & mi-

la & miſceantur cum Syrupis:

Notandum in dando unum hauſtum laxatiuum ℥ iß. ſyruporum, requirit uncias tres aquarum, ut in digerendo Choleram. Exemplum. Recipe ſyrupi Endiuiæ unciam unam acetoſi ſimplicis ℥ ß. aquarum Endiuiæ, Cicoreæ ana ℥ iß. Si autem uolueris dare potum pro quatuor uicibus, quadruplabis, ut Recipe Syrupi Endiuiæ acetoſæ ſimplicis, et oxizacrę ſimplicis ana ℥ ij. aquarum Endiuiæ, Cicoreæ, acetoſæ, & Portulacæ ana uncias tres. Ecce habes hic iiij. hauſtus, & quilibet continet ℥ iß. Syruporum, & ℥ iij. aquarum.

Regula. Si aromatizare Syrupum uolueris, ponatur pro qualibet lib. i. decoctionis de aromatibus ℥ ij.

Sequuntur digeſtiua materierum in membris ſpiritualibus & primo materiæ Cholericæ Pectoris. Et ſunt.

| | | |
|---|---|---|
| Syrupus | Violatus & Iuleb | Aquæ |
| | Roſatus & Iuleb | Endiuiæ |
| | Iuiubarum in pleureſi | Capillorū uen; |
| | Portulacæ in Cholera ſubtili | Violata |
| | Mirtinus in ſputo ſanguinis | Roſarum |
| | Papaueris in Cholera ſubtili | Hordei |

Aqua Solatri, quæ ualet pro digerenda Cholera, ideo in principio pleureſis, eſt mirabilis operationis, & ſi diceres aqua Solatri eſt frigida & ſtiptica, ergo impetit ſputum, quare non ualet in pleureſi, hoc ſoluit Auicenna quarta primi de Apoſtematibus, cum dicit. Et Solatrum habet proprietates reſoluendi Apoſtemata occulta calida, & hoc non facit qualitate manifeſta, ſed occulta. Et inter Syrupos prædictos uiolatus & de Iuiubis communiter applicatur in principio pleureſis, eo quod remittunt febrem atq; acuitatem humorū. De ruptura uenarum, in principio pleureſis, Recipe Syrupi uiolarum ℥ i. Iuiubarum ℥ ß. aquæ decoctionis uel ſublimationis Hordei, uiolarum & capillorum Veneris ana ℥ i. miſceātur pro una uice.

Syrupi in materia Phlegmatica pectoris.

Syrupus { De Liquiritia / De Iſopo / De Praſſio } aperiũt, ſubtiliant, & cõfortãt

{ Oximel ſimplex & compo. / Oximel ſquiliticum } ſunt inciſiua.

Aquæ ad idẽ liquiriciæ, Capillorum Veneris, Iſopi, Praſſii Enulæ Campanæ, Bugloſſæ, Scabioſæ, Farfaris. Scabioſa enim a proprietate habet aperire Apoſtemata, & maxime in pectore. Et omnes illæ Aquæ & Syrupi ſunt pectorales. Sed ubi eſſent Syrupi & aquæ non appropriate, oporteret ponere digerentia ad pectus, aut eos Aromatizare, & ſunt digerentia pectus.

Digerentia Pectus { Capillus Veneris / Amidum / Ficus, ſiccę pineę / Liquiricia, Zuccarum / Iſopus, Mel / Squilla. Sebeſten / Dactylus, Ireos / Lilium, Praſſium / Pulmo vulpis / Dragantum / Crocus }

De omnibus iſtis aquis poteris facere aquam pectoralem, qua communiter utimur ut ſic. ℞. Ficuum ſiccarum. Dactylorum, Sebeſten, ana iiij. numero, Capillorum Veneris, Paſſulę liquiritiæ ana ℥ ſ. Iuiubarum, numero x. bulliant in aqua ad conſumptionem tertiæ partis, in fine adde zuccari quantũ ſufficit pro dulcoratione. Aliqui ultra hoc addũt cinamomi, Iſopi, Fœniculi, ana unciam unam, quando uolunt magis reſoluere uentoſitatem in pectore.

Digeren-

Digirendo materiam Melancholicam in pectore. Recipe, Syrupos dictos digerentia Melancholiam ut ſic, recipe Syrupi de Epithimo, de Pomis ana ʒ vi. aquæ farfaris. Iſopi ana ʒ i. ß. miſce, aromatiza cũ modico Cinamomi & liquiritiæ, Sed rariſſime Melancholia peccat in pectore.

Nota. Nullus ſyrupus in quo eſt acetum, debet poni in paſſionibus pectoris, niſi in Aſmate, ubi materia eſt multum uiſcoſa, & pauca poteſt digeri materia cum Oximelle ſquilitico. & ſi materiæ calidæ contineantur in pectore, digerantur cum decoctione lactucarum, florum nenufaris, ſe. Melonum, Citrulla, Cucurbicũ, Caſſia fiſtulæ, floribus uiolarum recentiũ. Hordeo & Paſſulis enucliatis.

| Digeſtiua Cordis in materia calida. | | Aquæ eis correſpondentes. |
|---|---|---|
| Syrupus | Violatus & Iuleb | Violarum |
| | Roſatus & Iuleb | Roſarum |
| | Endiuiæ compo. & ſimp. | Endiuiæ |
| | Acetoſitatis Citrin. | Acetoſæ |
| | De Piris | Nenufaris |
| | De Pomis | Cicoreæ |
| | | Bugloſſæ |
| | | Boraginis |

Et licet ultimę duę aquæ Bugloſſę & Boraginis, ſunt quaſi temperatæ uergentes ad caliditatem, utimur tamen Syrupi de Citro. in febre peſtilentiali cum aqua Acetoſæ Roſarum, & Bugloſſæ aut damus aquas per ſe ʒ iiij, aut v.

| In materia Phlegmatica Cordis, | | Aquæ idem | |
|---|---|---|---|
| Mel roſatũ quod gelenia bin uel Hydromel dicitur Oximel ſimplex & com. Syrupus dinari, id eſt, Syrupus de Biſancijs & de radicibus. | Aqua | Enulæ<br>Scabioſæ<br>Oſimi<br>Fœniculi<br>Meliſſæ<br>Boragin.<br>Bugloſſę | Has aquas miſce cum Syrupo. |

Digeſtiua Melancholiæ in corde.

Syrupus
- de Pomis
- Epithimo
- Fumi terræ
- da Biſancijs
- Oximel

Aquæ ad idem

Aqua
- Fumi terræ
- Lupulorum
- Meliſſæ
- Boraginis
- Bugloſſæ
- Cuſcutæ epithi.
- Camedreos

Ex his Aquis & Syrupis forma Syrupos ſecundum modū ſæpe dictum, & ſi uis Aromatiſas cum ſpeciebus cordialibus calidis.

Species calidæ cordiales.
- Vinum Aromaticum
- Crocus
- Ambra
- Muſcus
- Nux muſcata
- Cinamomum
- Ozimum
- Garyophylatum
- Zinziber
- Zeduaria
- Zeta combuſta, ſeyden.
- Doronici

Digeſtiua colore Epatis

Syrupus
- Acetoſus ſimplex
- Endiuię ſimp. & comp.
- Violatus
- Roſatus

Aquæ ad idem

Aqua
- Endiuiæ
- Cicoreæ
- Lupuli, Epaticæ, Portulacæ, Acetoſæ.

Species frigidæ Cordiales
- Os de Corde Cerui
- Margarithæ
- Corallus
- Camphora
- Spodium
- Sandali
- Rubinus et oēs gēmę ꝑcio.
- Violæ
- Omnes Roſæ
- Folia Citrin.
- Acetoſa
- Vinum Granati

Species temperatæ cordis.
- Folia & flores Boraginis & Bugloſſę
- Aurum

De his omnibus rebus poſſunt fieri Epithima cordialia

Dige-

I Digerentia Phlegma in Epate

| | | |
|---|---|---|
| | Mel roſatum | |
| | Oximel, de Radicibus | |
| | de Abſintheo | |
| Syrupus | de Eupatorij | |
| | de Biſantijs | |
| | Acetoſus comp. | |

Aquæ ad idem
Aqua abſinthei
Eupatorij
Endiuiæ q̄ apppriatæ cōfortāt Epar in omni cauſa calida & frigida aqua Fœniculi.

Et in Syrupis qui non ſunt appropriati, ponātur directiua aromatica, ſicuti Spicanardi, Squinantum, Spodium, ſandali, Abſintheum, Camedreos, Cinamomi, Eupatorium.

Dicti autem Syrupi nō ſolum digerunt phlegma in Epate uerū & Melancholiā, cum apponātur directiua appropriata.

| | | |
|---|---|---|
| | Fœniculi | |
| Quinq; | Petroſelini | Et Endiuia inter eos non |
| Radices | Apij | ponitur, licet computatur in eis. |
| cōmunes | Bruſcij | |
| | Spargij | |

| Mundificatiua lenitiua | Mundificatiua non lenitiua |
|---|---|
| Caſſia fiſtula | Fumus terræ |
| Reubarbarum | Aqua lactis |
| Syracoſt | Capillus Veneris |
| Species mannæ | Abſinthium aſphodilus & ſuccus eius |

Digeſtiua materia calida ſtomachi.

| | |
|---|---|
| | Acetoſus ſimp. Oxiſacra, Miua ſimp. de Mir: |
| Syrupus | Roſatus, Violatus |
| | Endiuiæ de Ribes |

Notandum hic, quod Miua tantū ualet ſicut cōfortatio, quia fit ex ſuccis habētibus cōfortare ſtomachum et cōponit miua triplicit, 1. ex ſucco citronio, zuccaro uel melle. ij. addit aliquid de aceto, unde dicit miua ſimp. acetoſa, ut hic. iij. addūtur aromatica calida, quę dicitur miua aromatica Syrupus quoq; de Ribes multū prohibet fluxum humorū ad ſtomachum, ualet tempore ęſtatis maxime.

Aquæ ad idem in materia calida ſtomachi.

Aqua
- Roſarum
- Solatri
- Plantaginis
- Lupulorum
- Endiuię cũ ſtip.
- Ex his & cum Syrupis fiat digeſtiuum.

Digeſtiua Phlegmatis in ſtomacho.

Syrup.
- Mel roſarum.
- De Mentha
- De Abſinthio
- de Radicibus
- de Biſancijs
- de Calamento
- de Eupatorio
- Oximel
- Miua aromatica

Aquæ correſpondentes.

Aqua
- Menthæ
- Abſinthei
- Eupatorij
- Camomillę in dolore ſtomachi

Raro reperitur Melancholia in ſtomacho, niſi per defluxum eius à Splene Ideo ſi reperitur, pone digeſtiua melãcholię ſępius dicta. Hic uero non indigemus digerentibus ad ſtomachũ, eo quod omnis medicina recipitur in ſtomachum, & egemus retinentibus & confortantibus ipſum. Nunq̀ꝫ fuit lenta ſtomacho ſuccurrere mentha.

Res calidę Confortantes Stomachum
- Mentha
- Abſintheum
- Maſtix
- Olibanum
- Thus maſculus
- Nux muſcata
- Calamus Aromaticus
- Lignum Aloes
- Lignum Balſami
- Garyophyli

Digeſtiua Melancholiæ Splenis

Syrupus de
- Fumo terræ
- Epithimo
- Quinq̀ꝫ Radicibus
- Sticados

Aquæ ad idem

Aqua
- Bugloſſæ
- Fumi terræ
- Scolopendriæ
- Meliſſæ

Cinamo

Cinamomum
Spica, Squinantum

Aqua { Cuſcutæ / Tamariſci

Et nota quod omnia talia ſunt appriata, ultra illa ſunt ponẽda quędã directiua, qualia ſunt Scordiũ, ſcolopendria, Cappari, Tamariſci, Fraxinus, Bugloſſa, quæ bulliant cum dictis. Aqua enim extremitatũ Fraxini, eſt mirabilis operationis in ſpleneticis à proprietate. Et hic nõ ponantur alia digeſtiua niſi Melancholię, eo quod ſplen eſt propriũ receptaculum eius.

Frigida confortantia ſtomachum
Roſæ
Lambruſci
Morus
Corallus
Coriandrũ pręparatũ
Citonia
Vinum granatorum

Digerentia renes & Veſicam frigida
Portulaca
Endiuia
Papauer
Virga paſtoris
Semina cõmunia fri.

Calida reſpicientia Iuncturas
Hermodactylus
Azarum, Ypericon

Digerentia renes & ueſicã, calida
Saxifraga
Milium ſolis
Squinantum
Spica
Philipendula
Petroſelinum
Eruca
Senacion
Vrtica
Paritaria
Brodiũ cicerum
Iuniperus
Radices quinq;

Frigida ad idem
Solatrum
Semperuiua
Mirtus
Aqua roſ.

Digerentia matricem, cali.
Arthimeſia
Ruta
Pulegium
Matricaria
Saphina
Iuniperi
Mentaſtrum
Origanum
Calamentum
Serpillum
Meliſſa

Frigida ad matricem, ſunt ea quæ ad Renes ducunt, ſicut ſaxifraga, Milium ſolis. &c.

Origanum    Pſylium, Bolus armenus    Terra ſigilla.
Calamentum, Naſturtium.
Artetica, Serapinum, Camomilla, Euforbium, Amoniacum,

## CAPVT DVODECIMVM DE SYrupis Magiſtralibus.

SYrupus magiſtralis, eſt ſyrupus cōpoſitus ex uarijs medicinis, reſpicientibus diuerſas ægritudines, ut ſyrupus compoſitus ex Abſintheo & Sticados magiſtralis dicitur, conueniens ſtomacho propter abſintheum, & capiti, propter Sticados, pręcipue ſi ſumatur in eadem Doſi. Sed largo capiendo ſyrupus factus ex multis rebus, etiā eidem membro torreſpondētes, magiſtralis dicitur. Et in ægritudinibus compoſitis nil melius eſt medico ꝙ componere ſyrupum magiſtralem, nam per eum habebit intentū ad plures intentiones, de hoc accipe exemplū. Si mulier patitur malā diſpoſitionem frigidam matricis ex phlegmate & ſtomachi ex cauſa calida tunc ex abſintheo & Matricaria reſultabit medicina conueniens ambabus diſpoſitionibus, tamen in hoc eſt cautela talis. Si facis ſyrupū ad duas uel plures paſſiones, quarū una eſt intenſior & deterior alia, debes ponere quantitatem maiorem medicinarum reſpicientium deteriorem & minorem reſpicientium debiliorem exempli gratia. Aliquis patitur dolorem ſtomachi & epatis & dolor ſtomachi eſt intenſior, tunc medicinæ ſtomachaticæ debent in maiori quantitate poni, & hoc tenet ueritatem poſita parilitate in nobilitate membrorum.

Syruporum Magiſtraliū quędā ſunt.
- Digeſtiui
- Solutiui
- Reſtauratiui
- Decoquūtur ad perfectionem
- Quidam non

Digeſtiui fiūt duobus modis. Primo ex decoctione herbarum, radicū, florū, ſeminū, corticū lignorū, cum zuccaro uel melle, & dicuntur Syrupi magiſtrales, abſolute, aliquando acetoſitantur, & dicuntur tunc Syrupi magiſtrales acetoſi.

Secundo

Secundo cōficiuntur ex ſuccis, zuccaro, uel melle, & dicū tur ſuccoſati, de hoc ponitur talis.

Regula pro eorum compoſitione, Primo decoquēdo Sirupum ex herbis, melius eſt capere herbas uirides ſeu recentes, in ſiccis enim uirtus aliqualiter exhauſta eſt.

Secunda regula, Coquendo radices primo contundantur & ponantur in decoctione modicum ante alias res, quia maiori indigent decoctione, dehinc ponantur herbæ & decoquātur, donec dimittant uiriditatem, dehinc ponantur ſemina, puluere s, tandem flores, dehinc cum decoctio tepefiat exprimatur & coletur per pannum, & hāc colaturā ſerua & utere.

Clarificando autem Sirupum, recipe Albumina ouorum duo uel tria, bene agitata in aqua, & malaxata impone, & dimitte facere paruam ebullitionem, & iterum cola per pannū bene lotum & erit clarificatus. Et ſi uis dare eum potabilē, tunc impone in fine de zuccaro uel melle, & in hoc talis eſt regula, quod ad lib. unam aquæ ponantur ℥ 4. uel v. zuccari. Si autem coquatur ad perfectionem, ut ſine putrefactiōe præſeruatur, tunc pro iij. lib. aquæ decoctiōis, ponatur lib. 1. zuccari uel mellis, & reduc ad ignem lentum & bulli. ad ſufficientiam, ita ut faciat ſpumam, quod pars groſſa aſcendat, deinde iterū cola per pannum rarū, et ſic eſt ſyrupus clarificatus, hoc facto, iterū bulli. ad ignem, donec ſit coctus perfecte. Signum decoctionis eſt cū ſe retinet ad ſpatulam ſic bulliendo. Aliud ſignū eſt, ſi poſitus ſuper unguem non defluat. Aliud, ſi tractaueris inter digitos & adhęret, bene coctus eſt.

Si uolueris reddere ſyrupum acetoſum, ℞. ad lib. iiij. ſyrupi decocti lib. unam aceti, ſed hoc ſtat in arbitrio medici, ſecū dum quod plus aut minus acetoſare uoluerit.

Exēplū prędictorum in materia frigida ſtomachi.

℞ Menthę uiridis M ij. Abſinthei, Eupatorij ana M 1. bulliant in aqua aliquātulū diu pone, appone ſem. citrul. ℥ 5. ʒ iiij.

Calami aromatici maſticis ana ℥ 1. deinde appone roſarũ, Labruſci ana pugillum unum bulliant adhuc parum, poſtea depone ut coctio tepefiat, exprime & cola, & ſi placet clarificare clarifica cum albumine oui, erit tamen fortior ſi nõ clarificetur. Et ſi uolueris habere ſyrupum potabilem, recipe de prædicta decoctione lib. 1. dulcoretur cum melle deſpumato uel melle roſato quantum ſufficit. uel pone ſyrupum de Mentha in Doſi ℥ iij. uel iiij. fiat ſyrupus potabilis. Si autem uis decoquere ad perfectionem, tunc de coctione clarificata iterũ bulliat ut pars groſſa aſcendat poſt appoſitionem mellis & zuccari, & iterum cola, deinde bulliat ad perfectionẽ. Exemplũ in materia frigida ſtomachi et capitis. Recipe menthæ. Abſinthij ana ℳ 15. ſaluię, Bethonicæ, Maioranæ, ana ℳ 5. Sticados, pugillum unum, bulliant in aqua, ſecundum modum dictum, & appone zuccarum uel mel pro ſyrupo.

## Regula de Syrupis Solutiuis.

Facta decoctione dictarum rerum, & anteꝗ̃ decoctio ſit perfecta, tunc impone in libram unam decoctionis, de laxatiuis uel ſolutiuis ℥ ij. ſicut de Turbit, Agarici, Reubarbari, ſene, Polipodij cũ ſuis correctiuis, & tũc decoquat ſufficiẽter. Et ſi uis ſyrupum potabilem, da ℥ iij. cum dulcoratione, aut ſi uis ad perfectionem, da ℥ 15. & ſcribe ſic, recipe illius ſyrupi ad perfectionem decocti ℥ 15. aquarum menthæ, ℥ iij. miſce & efficacius operantur aquæ decoctionis, ꝗ̃ ſublimationis, quare melius eſt dare eas.

Sirupi Raſtauratiui ſic fiunt, Ponantur herbæ in decoctione, aut loco earũ pulueres uel aliæ res, & capiamus pro lib. una aquæ ℥ ij. pulueris, & fiat decoctio, poſt coletur addaturꝗ; in fine zuccari uel mellis, uerbi gratia ponimus pulueres electuarij de gẽmis ℥ 1. uel ij. Exemplum ſpecierũ tria ſandali aromatici, roſati ana ℥ 1. ſpodij ʒ 5, roſ. uiolarum, ʒ 5. florum bugloſſę, boraginis ana ℥ 1. bulli. in lib. ij. uel iij. aq̃, cola & reduc ad ignem & appone zuccari lib. 1. & iterũ bulli, ut pars groſſa

aſcendat

aſcendat & abijciatur, tunc cola & ſerua.

Syrupi ex ſuccis ſic fiunt. Nam ex quolibet ſucco de herbis, floribus, aut radicibus expreſſo, poteſt conſtrui Syrupus dupliciter. Primo capiatur ſuccus clarificatus & non clarificatus, deinde addatur zuccarum clarificatum, & ſimul bulliant, uerbi gratia. ℞. ſucci lib. iij. zuccari clarificati cũ albumine ouorũ lib. j. bulliant ſufficienter ad ignẽ, & fiat Syrupus.

Secundo, accipe ſuccum expreſſum a' dictis herbis cũ parte groſſa & ſubtili in Doſi lib. iij. & impone zuccari lib. j. clarifica cum albumine oui, malaxato bene, coqueq; in ſimul, deinde cola, & fiet Syrupus, & hic modus melior eſt primo, qa clarificatur zuccarum, & ſuccus ſimul, & maiorem accipiet uirtutem.

## CAPVT TREDECIMVM

### De Solutiuis & medicinis Laxatiuis.

DIctum eſt de Digeſtiuis, reſtat modo dicere de Laxatiuis & Solutiuis, quarũ quędam ſunt Vomitiuę, de quibus antea dictum eſt. Aliæ ſunt Seceſſiuæ, & per uentrem ducentes de quibus hic tractabit, & hæ medicinæ quadrupliciter operantur. Aliquæ ſoluunt diſſoluendo cũ ſua proprietate, ſicut Scamonea, Turbith, Agaricus. Aliquæ cõprimẽdo, ſicut Mirabolani. Aliquę lenificãdo, ſicut Caſſia fiſtula & manna. Aliquę lubrificando, ſicut muſtilago, Pſyli, Bruna, Violæ.

Medicinæ aũt euacuantes electiuæ ſeu ſoluẽtes, quędã ſoluunt Cholerã, quędam phlegma, quædã melancholiam, quædam uero aquã citrinam, quędam ſunt ſimplices, quædã compoſitæ, quædã reſpiciunt caput, & ab eo principaliter trahũt, quædam ab alijs membris. Et inchoandum eſt primũ ab his q̃ Cholerã a' capite euacuãt, ſiue ſint ſimplicia ſiue cõpoſita.

Euacuantia a' capite Choleram ſimplicia.

Aloe lotum a' ʒ j. ad ij.

Reubarbarum a' ʒ j. ad ℈ iiij, uel ʒ ij. in ſubã. in decoctione ʒ ij. aut ʒ v.

Mirabolani citri, ut de Reubarbaro.

Caſſia fiſtula a' ℥ i. ad ij.
Manna
Tamarindi a' ℥ i. ad ij,
Succus roſarum
Violæ, Roſæ
Abſinthium
Eupatorium
Lupulus
Fumus terræ
Pruna
Pſylium. Dyagridij ʒ. . i. 5. uel a' gr. vij. ad xij.

Exemplum purgando Choleram, Recipe Endiuiæ acetoſę, & fiat decoctio in qua diſſoluatur Caſſia fiſtala ℥. i. Reubarbari electi ʒ i. Spicanardi. ℈. i. miſce fiat potus, Reubarbari Mirabola. corriguntur addendo tertiam partem ſpicanardi. Aloe cum tertia parte maſticis.

Exemplum quando datur laxatiuum in decoctione uel in fuſione. Recipe Mirabolanorum, citrinorum ʒ i 5. infundantur in aqua decoctionis paſſularum, uel Endiuiæ, uel Sero caprino quantū ſufficit, & permaneat duodecim horis in infuſione, deinde fortis fiat expreſſio, cui adde Caſſia fiſtula ʒ vi. & cum decoctione propria in quantitate ſufficienti uel aquis fiat potus. Similiter facere poteris cum Reubarbaro, uel adde his decoctionibus ℥ i. Syrupi uiolati. Nota Mirabolani ſępe numero ponuntur in decoctione Reubarbarum autem nūꝗ, ne eius uirtus per decoctionem reſoluatur, ſed potius ponitur in infuſione, Dyagridium ſolummodo diſſoluitur in potione, ita quod non decoquitur neq; infunditur.

Aliud exēplū decoctionis laxatiui, pro purgādo Cholerā. Recipe Endiuiæ, lupuli, cicoreę, ana M 5. 4. Se. frigidorū maiorū ana ʒ i. prunorū damaſ. numero vij. triū florū cōmuniū, ana ʒ 5. hordei ʒ ij. fiat decoctio in ſufficienti quantitate aquę ſcilicet ad conſumptionē medietatis aquæ & in quantitate ſufficienti, infunde Reubarbari electi & Mirabola. citrinorum ana ʒ i. ſpicanardi ℈ ij & permaneat in dicta decoctione horas xij. deinde fiat fortis expreſſio, cui adde caſſię fiſt. recēter extractę, & themarindorū ana ʒ iij. ſirupi uiolati ℥ i uel ʒ vi.

Exemplum

Exemplũ aliud in ſubſtantia. Recipe Reubarbari Corticũ mirabo. citroniorum ana ℈ ij ſpicenardi ℈ i electuarij, de ſucco roſ. ʒ. ij caſſiofiſtulę recenter ertractę, ʒ vi. aquarum Endiuię, Cicorey Boraginis, Scabioſę ana quantus ſufficit miſce.

Notandum quod in æſtate ut plurimũ Mirabolani & Reubarbarũ infundãtur in aqua Endiuię, uel ſero caprino. In Hyeme, in uino albo. In medijs tẽporibus, in utriſ q; ſimul mixtis

Compoſita ſoluẽtia Choleraã a' capite. In uarijs modis dari poſſũt. Primo in pilulis, ut ſunt pilulæ euacuãtes Cholerã, a' capite, cõmunes ſiue peſtilẽtiales. De Aloe loto azaiaret, pilulę de quinq; generibus mirabo. Pilulę aureę de Reubarbaro Doſis cõmunis pilularũ eradicatiue eſt ʒ i. in adultis, minoratiuę ℈ ij. Exceptis pilulis demezeron quę ualent in Hydropiſi, & de cucumero aſinino, ubi q; doſis eſt minor. In pueris datur Doſis media, & hoc ſecundum diuerſitatem regionis.

## Modus Exhibitionis Pilularum.

Voluãtur in hoſtia madida, uel melle uel aliquo ſyrupo appropriato, aut pomo aſſato, uel ſumatur cum uino uel aliquo liquore. Et iuxta mentem principis, in euacuando caput, dantur pilulæ groſſę poſt paruam cœnam per duas horas, ut uapores a' cibo eleuati ad caput ſecum ducant uirtutem pilularum. Sed ſi a' toto uis euacuare, da de mane, ſi ab inferioribus, da per horam ante cibum, nam ſic comprimantur pilulæ a' cibo, ut uirtus ſola ad inferiora tranſeat. Multi tamen adminiſtrãt pilulas circa medium noctis.

Aduertat̃ tamẽ ſemper uelocitas & tarditas operatiõis pilularũ, namquę tarde operãtur, cito in introitu in lectum aſſumi debẽt, quarũ uero opatio uelox eſt aſſumant̃ circa aut poſt noctis mediũ, et quãdo incipiũt opari, ſurgat paciens & paulatim hincinde de ambulet, donec ſuã opationẽ pficiẽt, & antea

hoc nihil commedat, ſed accipiet brodium piſorum ſine ſale pro ablutione, de hinc poſt horam commedat, poteſt enim accipere poteſt operationem pilularum hoc laxatiuum, brodiũ pulli aut aquam hordei cum zuccara in quantitate ℥ vi.

De acuatione Pilularum. Communiter acuuntur pilulæ cum iij. v. uel vij. ℈ pulpe coloquintidę in phlegmate, aut dyagridij in Cholera ℈ ij. aut iij. Sed pilulæ quæ reſpiciunt iuncturas & neruos, debent acui cum puluere Bedellij.

Notandum etiam quod quandoque fiant Pilulæ, debent formari cũ puluere appropriato loco, unde quęritur euacuatio, ſicut ſi a capite cum pulueribus nucis muſcatę, ab oculis, cũ pulueribus maratri, à pectore, cũ pulueribus liquiritiæ, à ſtomacho cum pulueribus Cinamomi, à neruis & iuncturis, cũ puluere zinziberis. Pilulę fortes, ut Iere ruffini, Ieralogodion nõ dentur niſi robuſtis. Similiter & pilulę Elleboro, & pilulę democritis, dentur namque iſtæ pilulæ ad eradicandum humores, difficilis eradicationis, ut in lepra, Morphea, & Verucis.

Pilulæ de Mezereon & aliæ pilulæ multum fortes quæ euacuant aquam Citrinam, nunquam debent acui, & non dentur, niſi ad ℥ 1. uel circiter & ſunt appropriate hydropiſi. Cochiæ pilulę ſunt fortes quare in debilibus bene operantur ſine Acumene. Aureæ pilulæ ſunt propinquę fortitudine, ſed in robuſtis & fortibus nil faciunt ſine acumine, & ualent ad caput, & ad materias in anteriori parte capitis & neruis.

Pilulæ de Euforbio ſunt ſatis fortes, ualent ad paſſiones neruorum & ad Paralyſim. Aliæ autem omnes pilulæ quæ communiter dantur, ſunt debiles ſicuti.

Pilulæ.
- Lucis, ualent ad Oculos.
- Agarici, ad pulmonem, pectus ex humore frigido.
- Stomachati
- Maſticinæ
- Sine quibus eſſe nolo
- Hierepicrę

(Stomachati … Hierepicrę:) omnes ſunt ad uicia ſtomachi & inteſtinorum.

Hiera-

Hierpicra, multum de ſe eſt debilis,& ut plurimum per ſe non operatur niſi in multũ debilibus. Et ſic Hiera, licet iuxta deſcriptionem, debeat eſſe in forma opiatę uel diſſoluta. poteſt tamen dari in potione, ſed propter amaritudinem detur in pilulis, quamuis in potione melius & fortius operatur. Et datur in potione ſecuræ ad . ʒ . 5 .

Pilulę peſtilentiales, de Aloe, Myrrha & Croco, non oportet propter eas manere in domo, nec à cibo & potu abſtinere & poſſunt ſumi de mane, & ſi non euacuant, noli terreri, nam intus remanentes, habent reſeruare maſſam humoris à putrefactione & corruptione. Pilulæ ante cibum & poſt, non habent cuſtodiam, & ſunt ad uitia ſtomachi.

Pilulę Arteticæ & de Hermodactylis, ſunt ad uicia iuncturarum de frigida cauſa, ſi humores ſunt groſſi, ſunt utiliores pilulę fœtide, quę etiã ualẽt ad Paralyſim ex humore groſſo.

Pilulæ de Fumo terrę, ualent in ſcabie & in infectionibus cutis, ſunt debiles ualde.

Pilulę de quinqȝ generibus mirabolanorũ, ualent in ægritudinibus capitis, ex humoribus calidis, maxime ſi communicetur ſtomacho uel Epati.

Pilulæ de Reubarbaro, euacuant Choleram à capite & Epate, ſed ſunt debiles ualde.

Secundus modus ſoluendi Choleram à capite.

Fit in forma pulueris, ut ℞. Reubarbari ʒ ij . ſpicæ gran. iiij. fiat puluis ſubtilis, detur cum brodio aut decoctione maioranę. Aloe autem propter amaritudinem in puluere non ſumitur, & non lotum nocet Epati, quia aperit uenas, ſicut dicit Princeps Capitulo de Hydropiſi. Ideo in Hydropiſi non datur niſi lotũ cum aqua Endiuiæ, nocet etiã in omni fluxu ſanguinis ſiue ſit apoſtemalis. Hęmorrhoidalis, inteſtinalis, uel pectoralis, eo quod habet aperire orificia uenarũ, ſicut dicit Meſue, quare caueant tũc medici dare medicinas Aloeticas.

Tertius modus ſoluendi Choleram à Capite.

Fit in forma infuſionis, ut recipe ʒ ij Reubarbari uel ʒ ſ. Mirabolani citrino, infundantur in aqua lactis per noctem, Et mane datur pacienti.

Quartus modus, fit in forma electuariorũ de Pſylio, ſucco ros, dyaprunis & dyacatholiconis, Doſis cõmunis in adultis eſt ʒ iiij aut ſ. & datur uel in forma boli aut dactyli, ut, ℞. Electuarij de ſucco ros, laxa ʒ. v fiat bolus cũ zuccaro, & poteſt deaurari, uel in forma potionis cũ aliqua aqua appriata, dictam doſim dãdo uel faciendo decoctionem ad hoc, ut recipe mirabolani citrini, ʒ ij. Tamaridi ʒ i. prunorũ numero x. bulliat in duabus Cyathis aquæ, illius decoctiõis accipe ʒ ij. dyacatholiconis ʒ 6. deſcripta ꝓ hauſtu, et poteſt acui ſi expedit.

Exemplum de Bolo in Cholera.

Recipe electuarij de ſucco ros. dyaprunis laxati, ana ʒ ij. zuccari, quantum ſufficit fiat Bolus. Et poteſt addi de conſeruis aliquid uel de pulueribus & Eelectuarijs appropriatis, poteſt & dari boli pondus ʒ i. & non excedat ʒ ij.

Aliud exemplũ. In Cholera recipe Caſſia fiſtulę recenter extractæ ʒ vi. electua. de ſucco ros. ʒ iij. Reubarbari electi ʒ i ſpicę ℈ i. ſyrupi uiolati quantum ſufficit, fiat Bolus.

Pro phlegmate. Recipe Dyacarthami ʒ iij. Agarici Trociſtati, Turbith electi ana ʒ ſ. zinciberis ℈ ſ. aquæ Fœniculi quantum ſufficit, fiat Bolus.

Pro Melancholia. Recipe, Caſſia fiſtulæ recenter extractę ʒ vi. confectionis Hamech, Sene puluerizatę, ana ʒ ij ſ. Boraginis ʒ i ſ. zuccari quantum ſufficit, fiat Bolus.

Euacuantia Phlegma à capite.

Simplicia
- Rebuli
- Turbith eius correctiuum ʒ ʒ.
- Agaricus eius correctiuum ʒ ʒ uel ſal gemmæ uel Maſtix.
- Coloquintida uerũ correctiuũ, Maſtix poſtea ʒ ʒ Garyo.
- Polipodium, Carthamus.

Embli

Simplicia
- Emblici Mirabolani ſemper debent dari cum zuccaro aut paſſul.
- Bellirici & Tereniabin.
- Sticados, Been.
- Hermodactyli, correctiuũ ʒ ß aut mẽtha doſis in pilu. ʒ i in pulue. ℈ ij. debet exhiberi mane.

Compoſita ſunt primo.
- Pilulæ Alefanginę.
- Agregatiuæ
- Sthomachaticæ
- Alhandi Cochiæ
- de Sarcocolla
- Arteticæ
- de Hiera ſim. & cõp.
- de Hiera cũ agarico.

Pilulæ de Hiera ſimplici, fiũt capiendo ſpecies Hierę ſimplicis Galeni faciendo ex eis pilulas.

Sed de Hiera compo. fiũt ex Hierepicra Nicolai, & ad quã libet ʒ i. ſpecierũ Hiere additur ʒ i. Scamoneæ. Sed pilulæ de Hiera cũ agarico, ſunt magiſtrales, & ſic fiũt. ℞. Hierę ſimplicis partes tres Agarici trociſtati & nõ trociſtati partẽ unã, fiant pilulę cũ ſyrupo de Sticados, & purgãt inſtrumẽta ſenſuum a' phlegmate, & ap.ppriate exiccãt phlegma a' ſtomacho. Et hoc idẽ faciũt pilulę Lucis, & ſine quibus eſſe nolo. Secundo, ſunt pulueres cum ſolitiuis dictis, ponendo ſua correctiua. Et quilibet ℈ ſolutim habet ʒ i. correctiui, ut recipe Turbith ʒ .i. ʒ ß gra. iij. aut ʒ ß maſticis, piperis ana gra. i. fiat puluis. Si uis dare Agaricũ da trociſcatum in doſi ʒ i. uel ʒ i ß.

Tertio ſunt infuſiones, ut infundendo Agarici ʒ ij per x. horas cũ ſuo correctiuo, poſtea exprime, cola & da, ut Recipe Agarici ʒ ij. uel ʒ ij ß. ʒ ß. ſalis gẽmæ ana ℈ i. infunde in aqua Saluię & maioranæ ana ʒ i ß per xij. horas. deinde exprime, cola, & da. & poteſt parum dulcorari cũ ſyrupo Sticados.

Correctiuum Agerici, iuxta aliquos, debet eſſe ſubtriplũ quo ad Agaricum, ut Recipe Agarici ʒ i. ſalis gemmæ, ℈ i. Cinamomi parum miſce, fiant pilulæ.

Si autem Agaricus detur in forma liquida, eſt eius correctiuum Oximel uel ſal gemmæ. Si detur in pilulis, eius correctiuum eſt Oximel & ſal gemmæ ſimul, & ſemper debet miſceri cum eo medicina ſtomachalis, ut Cinamomum, Garyophylorum, aut calamus aromaticus aut Maſtix.

Coloquintida laudatur maxime in Apoplexia & Paralyſi quare in his nequaquam obmittatur. Eius correctiuum uerum, eſt Maſtix, poſtea zinziber, Garyophyli, Cinamomũ, & nunquam debet dari ſine medicina cordiali, quoniam de ſua proprietate lędit cor. Etiam Lapdanum, Bedellium, & Dragagãti, corrigunt Coloquintidam, Lapis Lazuli, Bugloſſa, Oſſa de corde cerui, Cortices citri, Doſis pilulæ ʒ 1. pulueris ʒ 1. uſq; ad ʒ 1. ℈ .1. Lapis Armenus lotus detur ſemper cũ medicina cordiali, Epithimus corrigitur cum modico pipere & ſalis gemmæ, puta gran. unum detur mane Doſis in forma pulueris ʒ iij. in decoctione ʒ iiij. in pilulis ʒ 1.

Sene detur cum brodio gallinæ aut carnium, aut uino ſubtili, aut ſalis gemmæ, Doſis ʒ vi. aut cũ zinzibere. Sene cũ fumo terræ educant Choleram rubeam, ſi datur cum Sero, uel Violis cum epithimo Melancholiam & Choleram aduſtam, cum carthamo & ſemine, Vrticæ, purgat Phlegma.

Helleborus detur cum pipere, dauco, petroſelino, Aniſo, Origano, Calamento. Doſis ℈ 15. pilulæ ℈ 1.

Hermadactylos corrigunt Mirabolani, Roſæ, Ciminum, Maſtix, Piper, Aniſum. Maſtix eius ſuperfluam humiditatem corrigit, Zinziber uero et Piper, corrigunt eius uentoſitatem. Mirabolani corrigunt eius tardam ſolutionem, & ad remouendum nocumentum ſtomachi addatur tantundem de zinzibere & Croco. Sed additio Aniſi, zinziberis, maſticis faciunt ad confortationem ſtomachi, per ſe cu datur. Doſis eſt ʒ 15. ſi datur cum alijs medicinis eſt ʒ 1.

Turbith correctiuũ, eſt ʒ ʒ. & iuxta mentẽ Principis dẽtur inęquali pondere. Meſue autem ponit ʒ ʒ duas partes & Turbit

bith unam, & zuccari quãtum de omnibus. Alij ponent Turbith duas partes & Zinziber unam. Turbith in infuſione, iuxta Meſue, detur à ʒ i uſq; ad ij. in decoctione uſq; ad iiij.

Quarto ſunt decoctiones. ut recipe Mirabolani citrinorũ ʒ iij. haſt: ʒ ij. Sticados ʒ iß. bulliant in aqua communi aut appropriata ad conſumptionem tertiæ partis, cola & da pacienti, uel diſtempera in ea electuaria infra ſcripta in doſi ʒ iß. uel ʒ v. ut electuarium Indum dyaphiniconis Hiera ſimplex Galeni, Hierapicra, hieralogodion, hiera hermetis. In forma confectionis ſunt dyaturbith, dyacartamum, dyaſinicon, & ſunt in ſolida Doſis ʒ iiij. uel v.

Differunt
- Electuaria, ſunt res liquidę ex zuccaro & melle
- Confectiones ſunt res ſolidæ ex zuccaro tãtũ.

Exemplum quando datur Laxatiuum in decoctione pro purgando Phlegma, recipe radicum Apij, Fœniculi, ana ʒ i. Menthæ, Abrotani, Capilli ueneris, ana tertiam partem M, ſeminis Aniſi, Fœniculi ana ʒ i. paſſularum, Liquiritiæ, roſæ, ana ʒ iij hordei ʒ i. fiat decoctio ad conſumptionem medietatis aquæ, & in quantitate ſufficienti, infunde Turbith electi, interius & exterius raſi agarici ana ℈ iiij ʒ ʒ. ℈ i. Salis gemmæ gr. vij permaneant in infuſione horis x. deinde fiat fortis expreſſio, cui adde caſſia fiſtulæ recenter extractę ʒ vi. uel ℥ i. mellis roſ. & Oximel ſquilitici ana ʒ ß. fiat potus. Aliqui prius Turbith confricant cum oleo Amigdalarum dulcium, ad remouendum ſiccitatem ſuam.

Soluentia Choleram nigram ſeu Melancholiam à capite.

Simplicia
- Scne ʒ ß. cum ʒ ß. ʒ ʒ uel Cinamomi, Sal gemmę gr. v. in decoctione paſſularum.
- Epithimi ʒ ß. cum decocti. paſſula. & gr. 8. ſalis gemmæ
- Lapis Laſuli à ʒ i. uſq; ad ij extinguatur & lauetur decies in aqua roſarum.

Simplicia
- Lapis Armenus à ℥ i. ad ij. & lapis hic detur cũ Dyaboriginato.
- Mirabolani Indi ℥ ſ.
- Fumus terræ.

Exemplum quando datur Laxatiuum.

In decoctione pro purgando Melancholiam, recipe, radicum Bruſtij, Spargij, Thamariſt. ana ℥ ſ. Boraginis, Bugloſſę ana M ſ. Sene, Epithimi ana ℥ i. uel ij. paſſularum ℥ ſ. prunorum damaſ. numero vij. fiet decoctio uſq; ad conſumptionẽ medietatis aquæ & in quantitate ſufficienti, diſſolue Caſſia fiſtula, ℥ v. cõfecti. Hamech ℥ iij ſyrupi uiolati ℥ i. fiat potus.

Nota, Epithimum non debet poni niſi in fine decoctionis Declaratio Recepti. Ponitur radix Bruſtij, Spargij, Thamariſci, Borago, Bugloſſa, quia melancholiam reſpiciunt. Sene Epithimi, eo quod euacuãt humorem melancholicũ, ponãtur paſſulæ & pruna, ad remouendã eorum ſiccitatem, & ad linitionẽ pariter & ſyrupũ uiolarum additur cõfectio Hamech, quia eſt citæ operationis. Et melius eſt quod Sene uel Epithimũ dantur cũ alijs medicinis laxatiuis, q̃ ſe ſolo, ne fieret potio abominabilis, loco ſyrupi uiolati poſſis addere mellis roſati uel alium ſyrupum appropriatum.

Sed inter compoſita euacuãtia Melancholiã, ſunt Primo. Pilulæ Indi de Lapide Lazuli, de lapide Armeno, & pilulæ de Fumo terræ, quę tamẽ magis ualent in cura ſcabiei, ſi tamẽ ponãtur directiua ad caput, erũt propoſitũ. Secũdo ſunt pulueres dictorum ſimplicium, ut recipe folliculorũ Sene lib. ſ. Carthami ℥ ſ. ſalis gẽmę ℥ i. Macis ℥ ſ. ʒ ʒ. Garyophyli ℈ i. ℞. de puluere ℥ ij. uſq; ad iiij. cũ aquis uel in uino ap̃priato aliq̃ præparant. Sene ſolum cum ʒ ʒ. & ſale gemma, ut dictum eſt.

Tertio ſunt infuſiones uel decoctiones, ut recipe ſene ℥ ſ. Epithimi, ℥ ij. mirabola. Indi iiij. numero, infũde per noctẽ in aqua mane cola et da, uel potius decoque uſq; ad cõſumptionẽ medietatis, & da ℥ iij. iſtius decoctionis, uel diſtẽpera in ea electuaria

ctuaria infra dicēda,ut dyacaſtia,dyacatholicōis aut dyaſene

Quarto ſunt electuaria,ut Electi de epithimo Hamech,uel dantur electuaria in forma dactyli uel boli,ut recipe electua riŋ Hamech ℥5. cū zuccaro,fiat bolus deauratus inter geras, eſt geralogodiō in doſi ℥1 5. Gera Hermetis ī doſi ℥ ŋ.uſq; ad ŋ 5.Sed quia nō omnia Solutiua habent reſpectū ad caput,im mo aliqua in differētia ſunt ad omnia mēbra,ideo bonum erit cum eis ponere directiua. In ſtomacho uero eodem modo & cum eiuſdem medicinis euacuamus humores ſpectantes cum appropriatis dictis ſimplicibus & compoſitis,& non oportet ponere directiua,quia de ſe medicina uenit ad ſtomachum.

De aliŋs membris à prędictis.In epate autē & Splene euacu amus cū dictis medicinis appropriatis ad humores,tamē cū eo rū digerētibus,uerbi gratia. In epate cū decoctione apꝓpria ta,ut recipe Mirabo.Indorū,ſandalorū albo.& rube.ana ℥1 5. Spodiŋ ℈ 1.Mirabo.citri.℥ 1.bulliāt in vi.lib.aquæ,uſq; ad de coctionē medietatis,deinde accipe electu. de ſucco roſ.℥ 5.di ſtempera in decoctiōe,& da in cauſa calida epatis.In Splene, recipe Tamari. M 5 corticū capparis,Scolopen.lupuli ana M 5.bulliāt ut ſupra,poſtea in ℥ ŋ decoctiōis diſtēpera dyaſene ℥ 5.uel dyacatholi. ℥ vi.cū ℥ 1.cōfectio.Hamech,euacuat ab eo melācholiā,ī aliŋs mēbris pariter faciemus ponēdo directiua. In renibus ē medicina apꝓpriata,ut benedicta laxatiua,et pilu lę de benedicta. Exemplū pro Epate in cauſa frigida.

Recipe ſpecierum Dyarodō abbatis,dyalactę maioris ana ℥ 5.ſucci Eupatoriŋ,Ligni Aloes,ſeminis Apiŋ ana ℈ 1.

Aliquādo etiam additur de Cōſeruis,ut ſic,conſeruæ.Aco ri,corticis citri conditi ana ℈ ŋ. uel ℥ 1.zuccari in aqua Fœni culi diſſoluti quantum ſufficit,electuarium in tabulis fiet.

Nota.Pro ℥ 1.pulueris zuccari.lib.5.Et pro ℥ 5 pulueris zu cari ℥ iŋ.in forma ſolida uel liquida ut uis,Attamen in forma liquida oporteret pro bona quātitate augere pōdera materiali um,nō aūt in ſolida,nā in iſtis zucca.occupat magnū locum

Nã pro ℥ i ſpecierũ ponitur lib. i. zuccari uel ℥ viij. in liquida autem ſufficit ℥ iij. zuccari pro ℥ i. ſpecierũ, & ut plurimũ in forma liquida fiunt, cũ aliquo ſyrupo, ut in exemplo pro Epate calido, ℞. ſpecierum tria ſandali dyamargaritonis ſine ſpeciebus calidis ana ℥ i. roſ. rubea, Spodij, ſeminis acetoſę ana ℥ i ſ. cõſerueę, cicoreę, boraginis, uiolarũ ana ℥ i. ſyrupi Endiuiæ ℥ iij. uel melius quantũ ſufficit, fiat electua. in forma liquida. Et de cõſeruis potes ponere in maiori pondere in Electuarijs in ſubſtãtia liquida, ſed in paruo pondere in alijs ſcilicet alteratiuis, ut poſſet melius electuariũ ad formã ſolidam reduci.

Nota de Electuarijs Laxatiuis. Electuaria laxatiua cõponi poſſunt cum eiuſdem rebus, cum quibus electuaria alteratiua fiunt, addẽdo de laxatiuis cũ ſuis correctiuis magis uel minus de illis ponendo ſecundũ quod uolueris per talia laxatiua magis uel minus euacuare, & poſſunt fieri in ſolida uel liquida ſubſtantia, ut de alteratiuis dictũ eſt. Aduerte pro ℥ i. pulueris ℥ iij zuccari, uel ſyrupi in liquidis electuarijs ponitur.

Exemplum pro Cholera, ℞. ſpecierũ tria ſandali ℥ i. ſpecierũ dyarodon abbatis ℥ ſ. Cõſerueę Nenufaris ℥ i ſ. Reubarbari electi ℥ iij ſpicanardi ℥ ſ. corticum Mirabolanorum citrinorum ℥ iij. dyagridij ℈ i. zuccari in aqua endiuiæ diſſoluti ℥ ij ſ. uel quantũ ſufficit, fiat electuariũ in forma liquida dosis eſt ℥ ſ. nam in qualibet ℥ ſ. intrat de Mirabolanis & Reubarbaro ℥ i. & de diagridij circa gr. iiii. ideo erit laxatiuum ſine uiolentia. Sed ſi uis magis fortificare, adde de electuario, de ſucco roſarum uel alio euacuante Choleram.

Exemplum pro phlegmate. ℞. ſpecierum dya iſopi, dyacimini ana ℥ ſ. ſpecierũ dyagalangæ, maſticis, Garyophylorum ana ℈ i Electi dyacartami, dyafiniconis ana ℥ ſ. agarici trociſcati ℥ ii. Cõſerueę Acori ℥ v. Syrupi de mẽtha ℥ i ſ. uel quantũ ſufficit miſce. Doſis eſt ℥ ſ. & eſt fortius precedẽte, tamen ſine uiolẽtia. Quod ſi uoles acuere, adde dyagridii gr. ii. iii. uel iiii.

Exemplũ pro Melancholia. Recipe ſpecierũ electuarii dyacapparis

acapparis, dyacurcumę ana ʒ 5. cõſeruę, Bugloſſę ʒ iii. cõfecti onis Hamech. Dyaſene ana ʒ v. lapidis armeni loti ℈ 4. folli culorum Sene ʒ iii Sirupi de fumo terræ quãtum ſufficit miſce Doſis ʒ 5 uel ʒ v, potes tamen augere uel minuere ſecundũ diſcretionem tuam augendo uel minuendo laxatiua.

Electuaria in ſolida ſubſtantia, eodem modo fiunt ut Alteratiua electuaria, additis laxatiuis. Exemplum pro Cholera Recipe ſpecierũ tria ſandali ʒ 5. reubarbari electi ʒ 15. mirab. citrinorum ʒ 2 ſpicanardi ℈ 2 diagridij gra. 4 zuccari in aqua acetoſæ diſſoluti quantum ſufficit, fiet electuarium ſolidum in tabulis Doſis ʒ v. uel ʒ 5.

Modus retinendi medicinam. Primus eſt ut odoret odorifera, immo nares conſtringat patiẽs, ne odorem medicinæ ſentiet. Secundo capiatur pecia infuſa in aqua frigida & circum ligetur, uel ſaltẽ applicetur collo anterius, ſimul projiciatur aqua frigida in faciem. Tertio, detur in ore aliquod ſicut pomum aut ſimile, aut ponatur pecia panis uſti ante os & nares. Vltimo, ponatur cyathus aut uentoſa cum igne ſupra ſtomachum & retinetur medicina. Quando ſomnus poſt uentris ſolutionem fuerit multus, demonſtrabit quod euacuatio iam perfecte mundauit corpus & contulit.

Signa perfectę euacuatiõis, ſunt quãdo euacuat ſine dolore & torſione. Secũdo ſi poſt euacuationẽ ſequitur Iocunditas, lenitas & quies. Tertio, ſi ſequitur ſitis nõ propter humorem euacuatũ, neq; caliditatem & ſiccitatẽ medicinę, ſed quãdo uenit propter & poſt perfectionẽ digeſtionis & conſumptionis medicinæ, tunc ſitis eſt bona & conueniens, de hoc eſt Aphroriſmus quartæ particulæ. Quicũq; in pharmacijs non ſitiunt cum purgentur, non quieſcunt donec ſitiant.

Remouentia nocumentũ inductum uel per uentoſitatẽ aut medicinas. Si uides nocumentum, da die ſequenti mane pacienti ʒ 1. uel ʒ 15. de optimo metridato uel tyriaca in optimo uino electo, quia ſic uẽtoſitas derelicta, remouetur. Aut recipe

Tyriacę ueteris ℥1. zuccari roſati ℥15. et da pacięti in mane ſto macho uacuo, uel ſi eſt multum calidus da aquā roſatam ſolū.

## CAPVT DECIMVM QVARTVM DE Medicinis Laxatiuis, ſecūdum doctrinam Aſtronomorum.

NOtandum quod in uſu medicinæ Laxatiuæ, duo principaliter conſyderantur. Primū tempus in exhibitione medicinæ Laxatiuę. In diebus enim calidiſſimis et frigidiſſimis, minime dari debet, ſub cane enim & ante canem moleſtę ſunt purgationes & medicamentorū uſus difficilis. Hipocra. particula quarta Apharismo. quinto. Et cōuenit plus tempore Autumni & Veris, quàm ęſtatis & Hyemis, dicit enim Hipocra. part. vi. Aphoriſ. xlvi. Qui medicamento purgandi ſunt his Verno tempore medicamentum exhibendum eſt. In æſtate enim propter calorem fit ebullitio humorum qui per diſcurſum eorum in corpus nocumentum cauſant. Tempus tamen Hyemis plus eligit Hipocra. quàm æſtatis, in hoc quod dicit parti. iiij. Aphoriſ. iiij. Purgare quidem ęſtate ſuperiora hyeme uero inferiora, ubi uult quod tēpore æſtatis, ſic neceſſe fuerit, debet prouocari uomitus, tempore uero hyemis, uti debemus pharmacijs. Graciles enim & maiores, ſicuti ſunt cholerici & facile uomētes, oportet purgare ſuperius timentes hyemem, id eſt, præterꝗ in hyeme. Difficile uero uomentes, ſicut Melancholicos, Phlegmaticos, & mediocriter carnoſos, inferius timentes ęſtatem. Secundo, in Pharmacijs ſeu medicinis Laxatiuis dandis, attendi debet ętas, pueri enim & decrepiti, ad Pharmacandū inepti ſunt, iuxta Aphoriſmū xij. Arnoldi de Villa noua, cum dicit. In pueris & decrepitis uerendum eſt Pharmacare. Iuuenibus quoqꝫ ſuſpectum eſt crebro ſumere medicinam. Quicunqꝫ in iuuentute ſępius Pharmacantur, cito deflebunt incommoda ſenectutis.

Tertio attendi debet modus exhibendi medicinā laxatiuā

& qui-

& quibus exhiberi debeat. Sana enim habẽtes corpora medicina laxatiua uti nõ debẽt, uti inqt Hipocra. parti. ij. Apha. 36.

Eſt & ſciendum, quod tempora electa Pharmacorum capiuntur penes motum Lunæ, in ſignis Aquaticis, quæ ſunt Cancer, Scorpio, Piſces, Libra, & Aquarius.

In { Cancro ualet dare medicinam in Electuarijs.
Scorpione ualet in potionibus.
Piſcibus dentur pilulæ.
Libra & Aquario, da quæcunq; uolueris. }

Inter hæc ſigna melius eſt Scorpio, deterius Cancer.

## De Regulis & conditionibus attendendis in Medicina Laxatiua dandis.

Prima Regula. In adminiſtrãdo medicinã laxatiuã cauendũ eſt, ne Luna ſit in ſignis ruminãtibus, quę ſunt Aries, Taurus, Capricornus, nã hæc ſignificãt medicinę euomationẽ. Et hoc eſt quod dicit Hermes propoſitiõe lxxiiij. Luna exiſtẽte in ſignis ruminantibus, uel iuncta planetæ retrogrado nõ eſt bonũ purgatiõibus uti, hę eni uomitũ inferũt uel alias lęſiões.

Secunda Regula, Non detur Pharmacum in malis aſpectibus Lunæ ad infortunatos. Saturnus enim medicinæ opus impedit & fruſtrat, humores ingroſſãdo et inſpiſſando & poros claudendo. Saturnus enim frigidus eſt. Frigidi autem proprium eſt cõſtringere. Mars autem ſuam ob caliditatem & ſiccitatem effrenat humores eos exacuando, uſq; ad deductionẽ aliquando ſanguinis, maxime, ſi medicina fortis fuerit.

Tertia regula. Cauẽdũ eſt ne luna ſit iũcta Ioui, quoniã opa abbreuiabit medicinę. Dicit eni Ptolome. ꝑpoſitione xix. Cẽtiloquij. Si qs purgatoriũ cœperit luna cũ Ioue exiſtẽte, abbreuiabit eius locus, & effectus ipſius minuet. Ratio huius. Iupit eni ẽ amicus naturę, et uitę uiuẽtiũ accomodus, eſt eni calidus & humidus, in quo uiuẽtiũ uita cõſiſtit, quãdo igitur medicina contra naturã ſe mouebit, fit natura fortis ratione Iouis, & prohibet operationem ipſius medicinæ & eius effectum.

Quarta regula. Laudabile eſt dare medicinã Luna in Scorpione uel piſcibus, & cũ dominus aſcendentis iunctus fuerit Planetæ ſub terra per coniunctionẽ uel laudabilem aſpectũ. Si uero iunctus fuerit dominus aſcendentis Planetæ exiſtẽti in medio cœli, patietur nauſeã, & mouebitur medicina & in eo non morabitur. Hæc Ptolo. Verbo xxi. ſui Cẽtiloquij.

Quinta regula. Splen ſi purgare uelis, uideas ne Saturnus ſit fortificatus in cœlo, ſed curabis in hora Iouis cũ ipſe fortificatus fuerit.

Sexta regula, Epar ne purgabis in hora Iouis ipſo fortificato in cœlo, ſed purgabis Splenem.

Septima regula. Cor ne purgabis in hora Solis, et cum Sol fortificetur, ſed ſi ſol fuerit in aſcendente aut in medio cœli aut in angulo ſeptimæ bouũ, eſt dare cordialem medicinam confortatiuam, non autem laxatiuam ſeu purgatiuam.

Octaua, Pulmonem in hora Mercurij non euacuabis, ipſoque in cœlo fortificato.

Nona regula. Fel & Renes noli mederi in hora Martis, ipſo bene diſpoſito.

Decima regula. Teſticuli ne purgentur in hora Veneris & in eius bona diſpoſitione.

Vndecima regula, Cerebrum purgare malũ eſt in hora Lunæ, Luna ipſa fortificata in cœlo.

Duodecima regula, Si des laxatiuã, preuideas ne Leo ſit aſcendẽs hac hora, ne nauſeã ęger capiat, & euomet medicinã.

Poſſimus tamen in horis planetarũ ipſis fortificatis in cœlo præparare & diſponere humorẽ ad expulſionem ſimiliter & medicinã, excepta hora Martis & Saturni. Aduertendum tamen eſt in omnibus his, ut uideatur ſi infortuna ſit domina natiuitatis illius qui medicinã recipere debeat nam illi talis infortuna prodeſſe poterit, ubi alijs nocumentum pręſtabit, mali enim ſuos iuuãt.

Notandum etiã quod ſicut ſe habent Planetæ in comparatione

tione ad humeros noſtri corporis euacuandū ſic & ſigna cœli, nam in euacuādo humorem uitanda erit influentia & fortitudo planetæ, ſimbolum habentis uel uirtutem influendi ſup talem humorem, ſecus autē dicetur de ſignis. Nam euacuādo humorem aliquem eligatur ſignum ſimbolum habens cum illo humore, ita quod ſit tale ſignum aſcendens aut Luna in eo, excepto ſigno Arietis, Tauri, Leonis, Capricorni, & ultima medietate libræ, quæ eſt uia combuſta, & primis tribus gradibus Scorpionis.

In cura Oculorum & capitis, ſit Iupiter in aſcendente fortunatus, uel in 11. 10. aut 9. domo cœli.

In cura Malefici uel Demoniaci, ſit Mercurius in ſuo termino uel alijs dignitatibus, aut in primis ſeptē gradibus Virginis, & ſit Luna in principio curæ in ſigno mobili aut cōmu (ni.

Notandum diligenter. Quod ſicut ſigna & planetæ influunt ſuper corpus humanum, ita & ſuper medicinas tam ſimplices quam compoſitas.

♈ ♉ ♊ Influunt ſuper Hieram picram, quæ habet ſingularem uim a Capite, Collo & Pectore euacuandi, & non ab inferioribus membris. Si ergo ipſam adminiſtrare uolueris, ſit Luna in illis ſignis bene diſpoſita.

♈ Habet etiam Aloe, epatice, & mirabolanos, quæ euacuant a capite.

Cancer ♌ ♍ Habent Dyaſene, Agaricum, quæ euacuant a pectore, habent ſimiliter Dyairis, Caſſiæ fiſtulas, Mirabolanos, quæ euacuant a ſtomacho.

♍ & principium ♎ Habent Elect. de ſucco roſa. Fumū terræ, euacuantia Epar.

Finis ♍ & principium ♎ Habent Pillulas Indi, Sene, dyaſene, fumum terræ, euacuantia a Splene.

♎ ♏ Habent Benedictam, Saxifragam euacuantia a Renibus & coloquintidam cum Benedicta, euacuantia Matricē

♓ Coloquintida, Hermidactilos, quæ purgant pedes.

## SECVNDVS
## DE FEBRIBVS.

Aegritudines & Febres acutæ dicuntur quæ generantur a duobus calidis humoribus, & reguntur a Luna. Chronicæ dicuntur, quæ generantur a frigidis humoribus, & maxime a Melancholia, & regantur a Sole.

♄ Regit humorem peccantem in febre quartana.

♃ Regit Sinochum & Sinocham.

♂ Regit tertianas & alias quaſcunq; ratione cholerę, corpori inexiſtentes. ☉ Regit Ethicam, ☿ Ephimeram.

Illis planetis fortificatis, non debet inchoari cura, nec debet eligi tempus dominationis ipſorum, aut tempus inchoationis Curæ, aut propinationis medicinæ.

Conſyderandū eſt quod tēporis aptitudo ad pharmacādum in ſignis attenditur aquaticis per præſentiam Lunæ, ut dictū eſt. Luna enim cum reperitur in ſigno aquatico uacua curſu, iudicemus pharmatiam mediocrem. Mediocris autem pharmacia eſt cum tot ſunt teſtimonia planetarum fortunatorum ſicut infortunatorum.

Aſpectus
- □ ♃ aut ♀ ad Lunam bona erit pharma.
- ⚹ ☉ uel ♂ uel △ eorum ad ☽
- ⚹ ♃ uel △ ad ☽ ſimiliter & ♀ Venere non combuſta, optima erit pharmatia.
- □ ☉ uel ♂ aut ♄ ad ☽ uel ☌ aut ☍ eorum ad ☽ prohibet dare pharmacum.

Notanda eſt etiam Regula. Ptolomeus uerbo 56. ſui Centiloquij, & ipſius Hali. Quod humores in prima & tertia ſeptimana, recedunt de interioribus ad exteriora. In Secunda aūt & Quarta, ab exterioribus ad interiora. Et ideo prima & tertia ſeptimana utēdū eſt euacuationibus exterioribus, ut phlebotomia. In tertia & quarta interioribus, ut Pharmatia. Et rationem huius regulæ ponit Haly, cum dicit, Quod humiditates corporum ab hora coniunctionis Solis & Lunæ, uſq; ad 4 aſpectum accedūt, quia exeunt ab interioribus ſuis ut appare-

ant, & erunt ſicut flumina quorum aquæ creſcunt, & dicitur il lud incrementum acceſſio. Et ab aſpectu quarto uſq; ad præuentionem ſeu oppoſitionem contrahūtur ab extremitatibus corporum ad eorum interiora, & ſunt ſicut flumina quorum aquæ recedunt. Et a præuentione uſq; ad quartum aſpectū ſecundum, ſicut in quarta prima, & ab aſpectu quarto ſecundo uſq; ad coniunctionem recedunt, ſecundum proportionē ſecundæ quartæ.

De Virtutibus corroborandis

Virtutes corporis ſunt duplices, Principales quæ ſubdiuiduntur, nā una eſt quæ conſeruat ſpecies in eſſe, & hæc uiget in membris generatiuis, & regitur a Venere.

Aliæ ſunt conſeruatiuæ indiuidui, et ſunt tres ſcilicet. Vitalis quæ reſidet in corde, & a Sole gubernatur. Naturalis quæ in Epate conſiſtit, & regitur a Ioue. Et Animalis quam Mercurius gubernat. Mercurij enim uaria applicatio ad planetas diuerſimode animum uariat iam obtundendo, iam acuēdo & corroborando mirifice ingenium. Aliæ ſunt uirtutes minus principales ſeu adminiſtrantes, ſcilicet Attractiua, Digeſtiua,

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Attractiuā | | ☉ |
| | Digeſtiuam | gubernat & | ♃ |
| Virtutem | Retentiuam | confortat | ♄ |
| | Expulſiuam | | ☽ |

Sic ſimili modo ſigna has uirtutes regunt.

♈ ♐ Attractiuam ♉ ♍ Retentiuam.
♊ ♎ prima medietes ♒ Digeſtiuam
♋ ♏ ♓ Expulſiuam.

Et ſi uolueris confortare uirtutem attractiuam, quæ uiget caliditate & ſiccitate, ſicuti ☉ fiat hoc Luna exiſtente in ſigno calido & ſicco, ut in ♈ & ♐ Leo in hoc malum eſt.
Aut conforta quando fuerit ♈ aut ♐ ſi Lunam exſpectare nō poſſes. Et ſic de alijs uirtutibus.

De his uirtutibus locutus eſt Ptolo. 86. ꝑpoſiōe ſui Centiloquij in hoc quod dicit Sol eſt origo uirtutis uitalis quæ eſt cordis ut infra.

☉ Eſt Origo uirtutis uitalis, quæ eſt Cordis.
☽ Eſt Origo uirtutis naturalis Epatis.
♄ Eſt Origo uirtutis receptiuæ.
♃ Eſt Origo uirtutis creſcentis & uegetantis
♂ Virtutis Iraſcibilis & attractiuæ.
♀ Virtutis concupiſcibilis & appetitiuæ.
☿ Virtutis imaginantis phantaſticæ & cogitantis

## CAPVT QVINDECIMVM DE MODO Procedendi in tempore electo, ad Phlebotomandū ſiue Minuendum.

IN Phlebotomia, eſt quæ euacuatio uniuerſalis quæ multitudinem humorꝝ euacuat, quæ augmētantur ſuper æqualitatē ipſorum in uenis, uti profitetur Auicenna quarta primi, capite 20. de Phlebotomia, ſunt attendenda quatuor. Primo tempus. In diebus enim calidiſſimis & frigidiſſimis, minutiones ſunt timēdæ. Dicit eīm Hipocrates particu. quarta, Aphoriſmo quinto. Sub cane & ante canem moleſtæ ſunt purgatiōes. Et huius tres ſunt cauſæ. Primo ex parte diſpoſitionis uirtutis corporis quia præceſſit magna reſolutio, & pharmacū ſeu minutio addit reſolutioni. Secunda ſumitur ex inflammatiōe ſpirituum & humorum cū pharmacum inflammat humores. Tertio, quia aer iſte aſſimilatur balneo trahente humores a cētro ad circum ferentiam, medicina autem trahit a circūferentia ad centrum, quare cauſatur, quædam contrarietas debilitās uirtutem, & inflammans ſpiritus perducendo ad febres.
Secundo debet attendi ætas Phlebotomandorꝝ ante 14 annū, & poſt 60. aut 70. nō ualet minutio, primo propter gracilitatē uenarum in iuuenibus, Secundo propter uirtutis debilitatē in ſenibus, niſi ſenes eſſent carnoſi, ſanguine pleni, & uigoroſi; Tertio debet attendi conſuetudo, quia ſenes & incōſueti non minuant, ne incurrant ægritudinem, niſi in magna neceſſitate

Quar

Quarta attendatur uirtus, quia fortes minuant, debiles uero ne quaꝗ.

Notandum quod duplex eſt Tempus minutionis. Quodam neceſſitatis, cum ſcilicet morbus exigit minutionē, ſicuti in Squinantia, ubi minutio Cephalicæ, uel uena ſub lingua multum prodeſt, licet tempus non ſit electum ex cœlo. Squinantia enim eſt morbus perperacutus, qui non patitur morā, quia citiſſime interficit, & de hoc tempore minuendi, nihil ad propoſitum, eo quod neceſſitas legem non habet.

Aliud eſt tempus electum, quod ſecundum ſapientes aſtrorum, a loco Lunæ accipitur, in ſignis zodiaci & uario aſpectu planetarum Lune ad Solem & alios Planetas, ut infra. Quod ad ſingna Phlegmatici minuere debent in ♈ aut ♐ excipitur in ♈ Caput, ♐ Coxæ, in quibus non ualet minutio. ut in figura.

| | | |
|---|---|---|
| Minuant | Phlegmatici in | ♈ præter Caput<br>♐ præter Coxas |
| | Melancholici | ♎ in primis 15 gra. præter Nates<br>♒ præter crura |
| | Cholerici in | ♋ præter Pectus<br>♏ præter uerenda in initio<br>♓ pter pedes mediocris |

In Leone Minutio prohibetur, quia Leo eſt domus Solis, Sol autem in natura omnino contrariatur Lunæ.

In Geminis ideo prohibetur minutio, nam communiter fit minutio in brachijs & manibus, quæ Gemini repſiciunt. Tangere autem membrum ferro, Luna exiſtente in ſigno reſpiciente illud membrum timēdum, hoc idem dicit Almanſor in lib. 150. Capitulorum Cap. 24. Non erit bona ſanguinis minutio Luna in Geminis, nec erit cōueniens uti uētoſis Luna in Tauro. Etiam ideo excipiuntur Gemini, & ultima medietas Libræ

quia per ea tranſit galaxia, in qua ſunt multæ ſtellæ de natura Martis, quare & luna in illis ſignis dicit̃ combuſta, quare tunc phlebotomia uitat̃. Multi etiã reijciunt ſcorpionem in minutione fiẽda, eo ꝙ opponit̃ tauro, in quo luna exaltabit̃, etiã qa ſcorpio eſt domus martis q plus contrariat̃ lunę ꝗ̃ Soli, quare minutio in eo prohibet̃. Sed luna cũ pertrãſeat primos 12. gra. Scorpionis, p̃ q̃s trãſit galaxia, minutio mediocris erit. In alijs aũt terreis ſignis puto in ♉ ♍ ♑ minutio nequaꝗ̃ ualet.

Sequunt̃ aſpectus q minutionẽ impediũt.

In his prohibet̃ minutio:

☌ ☉ ☽ Impedit tres dies ante & poſt, Luna tunc combuſta dicitur, ad minus diſtare debent per 30. gradus.

☌ ☽ ♄ Impedit uno die ante & poſt.

☌ ☽ ♂ Impedit per unum diem ante & poſt

☌ ☽ ☿ Impedit ſi ☿ fuerit combuſtus,

☌ ☽ ♂ Impedit ſi Venus eſt combuſta.

☍ ☉ ☽ Impedit die ante & poſt.

☍ ☽ ad ♄ ♂ Impedit per diẽ ante & poſt

□ ☽ ad ☉ ♂ & ♄, Similiter eorꝫ coniunctio. Impediunt minutionẽ niſi fuerit diſtantia inter eos ſex gradus, hoc eſt, p̃ dimidium diem, cautius tamen eſt eadem die minutionẽ relinquere.

In ſequẽtibus applicatiõibus & aſpectibus ſecure minuas.

☌ △ ✱ Iouis & lunæ optimam faciunt minutionẽ, hoc idem intelligatur de ♀ ſi non fuerit combuſta.

□ ☍ ♃ ☽ ♀ minut. faciunt bonam, dato etiam ꝙ luna ſit in ſigno mediocri. △ ✱ ☽ ☉ ♂ minutionẽ faciũt electã, ſed ſi tũc luna reperitur in ſigno mediocri, minu. diceret̃ bona & non electa. Oportet etiam Medicum habere reſpectum ad ætates, nam a ☌ uſq; ad 1. quadram, ualet pro iuuenili ætate. A quadra. 1. uſq; ad ☍ ualet minutio pro iuuenili & uirili.

Ab ☍ uſq; ad ſecundam □. ualet pro uirili & ſenili.

A ſecunda □ uſq; in finem menſis, ualet p̃ ſenili ętate tantum.

Luna

Luna uetus ueteres, iuuenes noua luna requirit.

In prima quadra ſunt minuendi ſanguinei, iuxta aliquos.

In { Secunda Cholerici.
Tertia Phlegmatici.
Quarta Melancholici. }

Et ſimiliter ſi euacuare uoluerimus ſanguinem purum, fiat in prima quarta. Si Cholericum, in ſecunda. Si Phlegmaticū in tertia, ſi melancholicum, in quarta, & hoc arbitrantur fieri iuxta ſymbolum cum quartis lunæ, ſed iuxta hanc eorum intentionem, me iudice, phlegmatici deberent minuere ſanguinem in ultima quadra quæ eſt frigida & humida, ſicut phlegmatici ſunt. Et Melancholici in tertia quadra, quæ eſt frigida & ſicca ſicut ſunt melancholici, attamē ſi conſpiciamus proprias qualitates & non appropriatas, tūc bene loquuti ſunt. Et propter mutationem lucis lunæ fiunt quatuor ſtatus. Primus eſt ætati pueritiæ ſimilis, & tpe ueris quod eſt calidæ & humidæ, ſicuti ſunt ſanguinei. Secundus eſt ſimilis ætati iuuentutis, & tempori æſtiualis, quod eſt calidum & ſiccū, ſicuti cholerici. Tertius ſtatus eſt ſimilis ætati ſenectutis, & tempori autumnali quod eſt tempus frigidū & ſiccū, ſicuti ſunt Saturnini & Melancholici. Quartus ſtatus eſt ſimilis ætati decrepitæ & tempori hyemali, quod eſt frigidum & humidū, ſicuti ſunt phlegmatici, & ſecundum hos ſtatus bene locuti ſunt qui dicunt minuendum eſſe phlegmaticis in ultima quadra lunæ.

Luna in { Prima quadra a ſole, eſt calida & humida ſicut uer.
Secunda calida & ſicca ſicut æſtas.
Tertia frigida & ſicca ſicut autumnus.
Quarta frigida & humida ſicut hyems. }

Minutio, iuxta doctrinā medicorꝝ. Aliqn̄ fit p Methaſim. Dicit̄ fieri qn̄, ex ea parte in qua eſt egritudo, ſanguis extrahit̄, ut ſi eſt dolor in ſiniſtro latere, fiat minutio in ſiniſtra pte corporis. Aliqn̄ p antipaſim. Antipaſis p contrariū uocat̄, quod ſi paſſio fiat in ſiniſtro latere, minutio fiet in dextro.

Et ſi dolor eſt nouus, fiat minutio per antipaſim. Si inueteratus per methateſim. Dicit Galenus in microtegini. Si quis habet ſtomachum debilem & defectuoſum, debet cauere a phlebotomia, & maxime de uenis quæ ſunt in plicatura brachij. Similiter ſe abſtineant a phlebotomia qui habent Epar defectuoſum, & quibus frigiditas dominatur, niſi fuerit morbus periculoſus, ſicut Squinantia, Pleureſis, Peripleumonia & ſimilia.

Notandum de Venis quæ ut plurimum aperiant

inter quas primum occurrit Cephalica, quæ eſt in parte ſuperiori ipſius brachij, & in ea minuenda minus eſt periculū, quia ſub ea non eſt neruus nec arteria notabilis, ex quorum tactu p phlebotomiā poſſet iminere piculū, & inciſio huius uenę ualet contra fluxū oculorum & contra omnes dolores capitis, & contra morbum caducum. Et reſpicit hæc uena partes ſuperiores corporis, & in eius defectu capiatur uena, ſaluatella quæ ē in radice pollicis.

Baſilica, eſt in parte inferiori brachij. dicitur & Epatica, aperitur in paſſionibus epatis & Splenis, & hoc perfectus in manu ſiniſtra. Et ſub hac uena eſt arterea magna, ideo apertura baſilicæ, non debet eſſe profunda ne tangatur arteria & loco Baſilicæ ſi bene haberi nō poteſt, aperiatur Seylen quæ eſt inter auricularem & medicum, ſed eſt aperienda cum timore, quia ſub ea eſt neruus & ponatur manus in aqua calida, & uena magis apareat, & ſanguis ſubtilet & liberius exeat, & hæc uena euacuat a partibus inferioribus corporis. Et Baſilica in dextro brachio dicitur uena Epatis, & in ſiniſtro, uena Splenis quia de iſtis membris ſanguniem educunt. Et iuxta doctrinā multorum, Seylen & Saluatella una eſt uena.

Vena cōmunis ſeu media, dicitur & uena cordis, Matricis Nigra, Purpurea. Dicitur cōmunis eo quod ducit ſanguinem a ſuperioribus & inferioribus. Cordis, quia a corde & pectoralibus directe euacuat, Matricis, eo quod a matrice ſanguinē diuertit. Dicitur Mediana, quia media eſt inter Cephalicā &

Baſil

Baſilicam & conflata de ramis amborum, Dicitur Nigra pur purca, quia color eius plus uergit ad iſtos Colores.

Venæ Quidegi. Sunt duæ uenę magnę in collo, una a dex tris, alia a ſiniſtris, ualent ad conſtrictionem anhelitus, ad in= ceptionem Leprę, Impetiginem, Serpiginem, ad ægritudinem quæ comedit carnes, quę uocatur, Noli me tangere, aut ad cã crum corroſiuum.

Duæ Venę poſtaure, phlebotomantur ad Hemis craneã, Catharrhum antiquum. Et ſunt hæ uene in loco concauo poſt aures, et bene apparent cum gula ſtringitur, aperiantur pa rum in longitudine.

Duæ Venę timporum, Phlebotomantur ad dolorẽ antiquũ capitis, & ad apoſtemata palpebrarum & oculorum, & ad om= nes ſuperfluitates currentes ad oculos

Vena in medio frõtis, inter duo ſuper cilia minuitur, ꝑpter infirmitates antiquas faciei, et turpia ulcera, et ad dolorẽ poſte riorem capitis, & contra apoſtemata oculorum, contra phrene ſim & nouam lepram.

Nota, Omnes uenæ capitis poſt comeſtionem ſunt minu endę, excepta uena ſub mento.

Vena in Buto Naſi ſeu ſummitate, uel & ad Phreneſim, Fe bres acutas dolorem capitis antiquũ, & antiquam rubedinem faciei, et nimium fluxum oculorum.

Venæ in angulis oculorum, ualent ad clarificãdum uiſum ad rubedinem oculorm. & ad omnes fluxus & maculas, ad al= bulam & nebulam oculorum, & ad inuerſionem palpabrarũ, & debet fieri minutio aduerſus naſum.

Vena labij inferioris, ualet ad apoſtemata oris, et ulcera ma la quæ fiunt in Naſo, et ad corroſionem & rupturã gingiuarũ & fiſſuras earum.

Duæ Venę ſub lingua, ualet ad Apoſtemata gulę & oris & Squinantiam ſpecialiter, & cõtra dolores dentium, Reuma ca pitis, contra apoſtemata gutturis, & contra omnia uitia oris.

In Pede ſunt tres uenæ, ſcilicet Sciatica, Saphena, & quędā uena quæ eſt inter policem pedis & digitum primum. Et Sciatica phlebotomatur ꝑpter paſſionē Sciaticam, Saphena uero ad paſſionem matricis & teſticulorum ad antiquam ſcabiem, phlegma ſalſum, Ad idem ualet īciſio uenæ quę eſt inter pollicem & digitum primum, & hæc uenarum inciſio fieri debet communiter poſt prandium.

Vena ſub utraq; genu, ualet inciſa contra apoſtemata & dolores Renum & lumborū coxarum & ueſicæ, & arteticas paſſiones mirabiliter curat.

Vena in utro q; pede, ſupra pedicam maiorem, ualet contra Ophthalmiā, & cōtra faciei puſtulas, menſtruorum q; retentiones, contra conceptionem & puſtulas crurium.

Vena ſuꝑ minimā pedicā in utro q; pede, ualet ad Cholerā.

Duæ uenę interiores, ſub Talis in utro q; pede, ualet contra arenam & calculū & mulieribus poſt partum non bene purgatis ualet, & illis quę nō ſunt bñ diſpoſitæ ad recipiendū ſemē.

Et apertio uenarum quæ ſunt in brachio, debet fieri ſecundum longum, & quę ſunt in angulis, oculorum ſimiliter, & in medio frontis ſecundum tranſuerſum.

In Vere & æſtate fiet phlebotomia in parte dextra. In Autumno & Hyeme, in ſiniſtra.

De Iudicio Cruoris & eius inſpectione.

Sanguis e uenis emiſſus uel egrediens, tangendus eſt, qui ſi frigidus fuerit, ſtatim reſtringatur. Similiter ſi inueniatur calidus & ſubtilis, ne phlebotomandus ſincopiſat.

Item ponatur una gutta ſanguinis ſuper unguē, ſi fluit, eſt aquoſus multum, quare reſtrīgatur, ſed ſi ſtat eſt nimis groſſus & parum eſt extrahendum donec ſubtiliatur.

Et ſi groſſiciem & aquoſitatem cruoris ſeu ſanguinis dignoſcere uolueris, proijciatur una gutta in aquam, ſi ad fundū deſcenderit, minus groſſa dijudicetur, ſed ſi ſupernatet aquoſus æſtimabitur, ſed ſi medio modo ſe habet, bonum eſt

Sanguis nigri coloris ĩfundo ſcutellę reſidens, ſupͤ Melacholiam atteſtat, & timiditatẽ talis cuius his fuerit ſanguis, utatur mundificantibus ſanguinẽ, & multiplicãtes ſanguinẽ bonũ

Albedo Muſcilaginoſa, Inſipida ſimilis albugini oui, ſi eſt in ſanguine poſt melancholicum ſanguinẽ, & in nimia quãtitate, Phlegma dominari ſignificat.

Sanguis purus purpureus, Ruffus aut ſubruffus, in magna quantitate, ſanguineum indicat.

Spuma ſanguinis, ſi eſt Crocei coloris uergentis ad ſcintillantem rubedinem in minori quantitate quam ſanguis, indicat Choleram.

Aquoſa ſubſtantia quæ ſupernatat in ſanguine coagulato, ſicut ſeruum in lacte cum coagulatũ eſt, & apparet aquoſitas ſimilis urinæ, ſani hominis, bonum ſignum eſt, & quanto illa aquoſitas a ſanguine pfectius ſeparatus, tãto melior digeſtio in Epate ſignificatur, & e contra. Vnde non eſt bonum ſanguinem eſſe totaliter priuatum tali aquoſitate urinali, nã ex hoc iudicatur ſiccitas & groſſicies ſanguinis. Et talis priuatio aqͦſitatis ſolet eſſe in ſanguine illorum qui multum ieiunant & uigilant, & cibis utuntur ſiccis & calidis, & qui multum exercentur & ſtudent, ſimiliter in conualeſcentibus.

Sed ſi hæc humiditas urinalis eſt nimia, defectum digeſtionis ſignificat, debilitatemq́ꝫ corporis.
Et communiter habent Stomachum & Epar frigidum, & talis ſanguis eſt illorum qui cibis frigidis & humidis utunť, & multum crapulis & bibitiõibus dediti ſunt, & ſi parum exercẽtes.

Carnoſa ſubſtantia in ſanguine, declinans ad albedinem in multa quãtitate, indicat bonam digeſtionem uenarum & obedientiam ſanguinis ad conuerſionem in mẽbris, & specialiter ſi talis ſubſtantia eſt tractabilis manibus nec in ea apparent contenta magna, nec ad tactum dura, & quę digitis fricata quaſi puluerizentur. Ex hoc enim ſignficatur diſpoſitio propinqua ad Lepram,

Aqua in ſanguine ſi eſt inferius & ſuperius, ſignificat Hydropiſim

Sanguis aut Cruor
- Spiſſus malum circa pectus
- Flaueus, malum circa ſplenem
- Glaucus, malum Iecoris
- Ruffus cū nigro circulo, debilitatem capitis
- Ruffus, niger, durus, coagulatus, Paralyſim
- Niger, aquoſus nimis, frebres quartanas.
- Purpureus, rubeus, nō obſcurus, bonum.
- Color ſcintillaris rubedinis, et Croccus, Coleram ſignificat
- Albus, Liuidus, ſi ſanguis ſit uiſcoſus, phlegma ſignificat.
- Viridis, atteſtatur aduſtionē, & ſpecialiter Choleræ
- Niger ualde liuidus, melancholiā ex aduſtiōe
- Inſipidus arguit ſuper Phlegma
- Amarus, Choleram
- Ponticus aut acetoſus, melanchol. aut phlegma acetoſum.
- Salſus, phlegma ſalſō & aduſtitionē humorū.

De Groſſicie & ſubtilitate ſanguinis

Sanguis qui cito coagulatur nimis groſſus dicet. Qui uero tarde, arguitur ſubtilitatis & indigeſtionis,

Item incidat ſanguis cum cultello, ſienim non reſiſtat, ſed incisioni faciliter obediat ſubtilis dicitur Si autem econtra, difficulter incidatur & diuidatur, groſſus & uiſcoſus, dicitur,

Sed ſi ſanguis nullomodo ſuſtineat inciſionem, ſicut apparet in aqua & oleo, quæ faciliter diuidunt, ſed non incidunt talis ſanguis nimis ſubtilis eſt, & indigeſtionem ſignificat.

Si ſanguis defacili perforatur ſatis conuenienter, ſed nō inciditur, uiſcoſus & phlegmaticus dicetur.

Remedium cõtra inflationem Venarum.

Poſt Phlebotomiam, recipe Rutam, Abſintheum, hordeũ, & contunde, in patella qꝫ calida confice ex illis ad modum em plaſtri, & liga ſuper tumorem, & ſanabitur. Et hæc de Phlebo tomia, pro nouis medicinæ tironibus ſufficiunt.

## CAPVT SEDECIMVM DE EPITHI matibus & Locationibus, & extrinſecis medicinis,

EPithima proprie ſumptum eſt quoddam agregatum ex ſuc cis uel aquis diſtillatis & puluerībus poſitis ſupra membrũ mediante panno lineo uel laneo in eis infuſo, Et debẽt appli cari Epithimiata materia exiſtẽte digeſta, & ĩ ſtatu declinatio ne, & non in principio morbi, & conueniũt maxime in febri bus de cauſa calida et minus ĩ febre de cauſa frigida. Et differt Epithimum ab Embrocha, quia Embrocha fit ex rebus bulis tis in aqua & uino, & non ex ſuccis uel aquis diſtillatis, ſiccut Epithima. Et erit ſermo de Epithimate cordis, epatis, cerebri teſtium, eo quod etiam ſint principalia membra circa quæ cõ muniter fit Epithima.

Regula pro uno Epithimate.

Ad lib. unam aquæ capiatur de ſpeciebus 3 1 5 uſqꝫ ad 2 aut 3 Alij capiunt lib. 1 5 aquarum, & 3 1 5 ſpecierum.

Exemplum pro Confortatione Cordis

Reipe Aquarum roſa. Bugloſſę, ana li 5 Sandali, Citrini, corticis Citri, zeduariæ, ana ℈ 1. terantur & cũ aquis prædic tis miſceantur. Et fit Epithima cordiale ex aquis cordialibus & ſpeciebus pulueribus cordialibus, ſicuti ſpecies Electuarij de gemmis, dyambrę dyamuſti in lapſu multum frigido.

Nota, quod in Epithima cordis, nũqꝫ debet medicus obmit tere, quin ponat ibi parum Maluatici uini aut Muſcatelli, aut parũ Croci, & medici freqnter imponũt crocum, tamẽ in Epi thima Epatis non debet poni Crocus, ꝓpter caliditatẽ, ut uult Auicẽ, ſed ibi ponat aliquid aceti, gratia facilioris penetratõis

Doſis uini maluatici ad lib.1.eſt ℥ 1 ſed Croci ponatur pa rum,puta.gr.ij aut.iij.& hoc ad confortandum,aliquando ad remittendum frigiditatem.

Exemplum prædictorum ad faciendam Epithima Epati fe brientis febre Cholerica.Recipe aquarum Endiuiæ, Epaticę Cicoreę,Solatri,an ℥ iij aceti. ℥ 5 tria ſandali,ana ℥ 1 fiet Epit

Exemplum,pro Epate. Recipe aquarum Cicoreę,℥ 5 ſucci Apij ℥ 4 Specierum dialactię maioris.℥ 5 Abſinthei ſucci ℈ 2 terantur & miſce.

Epithimum Splenis.

Recipe aquarũ Scolopendriæ,Fumi terræ,an.lib 5 Corticum radicũ,Capparis,Thamariſti,an,℈ z.terantur & miſce.

Notandum, Epithima Epatis fieri debet cum ſuccis uel aquis Epatis & pulueribus,etiã Speciebus reſpiciẽtibus Epar ut Triaſandali in lapſu calido Dyarodon uel Dyaciminũ in lapſu frigido.& ſic de ſplene dicendum erit.

Item Si paciens diſponetur ad ſudores,aut actu ſudat, non debet poni Epithima,ne impedietur criſis.

Item in Febribus nõ acutis hora ponendi Epithima,eſt ante cibum & tepidum, Sed in acutis peſtilentialibus febribus non eſt determinata hora,imo in eis debet cõtinuari in quibus etiam maxime iuuat,& hoc fit coacte.

Epithimate etiam Teſticulorum. Vtimur præcipue cum uidemus ſanguinem fluere e naribus aut per alia loca taliter ut reſtringi non poſſet,tunc fiet Epitima frigidum ad teſticulos ex ſpeciebus frigidis & aquis appriatis frigidis,ut aqua cõmuni cum pauco aceto.Aliquando etiam fiant Epithimata in febre cũ dolore capitis,de aquis & ſpeciebus appropriatis.Exẽplum,in lapſu calido,recipe aquarum roſ.Nenuffaris,Solatri an.℥ 4 Triaſandali ℥ 2.

Modus utendi Epithimate. Intingatur pannus lineus uel laneus in aquis appriatis tepidis,& exprimat̃ parũ & lenit̃ nec dimittas refrigerari, et applica iuxta neceſſitatẽ ter uſ quater

## CAPVT DECIMVM SEPTIMVM DE Fomentationibus ſeu Embrocationibus,

NOta, quod Fomẽtatio proprie dicta eſt, quæ fit ex decoctione herbarum uel in aqua uel in uino, Licet talis cõmuniter uocetur Embrocatio cum tamen proprie loquẽdo Embrocatio dicatur cum ſit caſus illius decoctionis ab alto.

Eſt igitur Fomentatio ſiue Embrocatio, aggregatũ ex decoctione herbarum uel aliarum rerum, puto Radicum, Seminũ Florum aut ſimilium in aqua uel uino cũ applicatione ad menbrum, mediãte ſpongia uel uiltro. Dicitur primo eſt aggregatum et cætera. ad differentiam Epithematis, quod fit per ſublimationem & non decoctionem.

Dicitur mediante Spongia uel Filtro, ad differentiam Epithemi, quod cum panno ponitur.

Dicitur cum uino uel aqua. Nam aliquando utimur aqua communi fluuiali, aliquando pluuiali, aliquando aqua ciſternę & hæc aqua eſt melior, quia magis deputata, dehinc melior fluuialis, ultimó pluuialis.

Notandum quod Fomẽtationum quædam ſunt ſtomachales, quia circa ſtomachum factę. Quædam Epaticę, quædam capitales.

Stomachales, fiũt ex rebus ſtomaticis. Epaticę, ex epaticis. & ſic in alijs membris ex rebus appropriatis.

Regula pro Compoſitione earum. Quod lib. 1 aquæ requirit ℳ 2 herbarum. Exemplum Recipe Violorum ℳ 2 capilli Veneris, Mellilotí, an. ℳ 1. ſeminis Fenugręci, ℥ß bulliãt in aqua lib. 2. Et debẽt bulliri res uſq; ad conſumptionem medietatis, aut tertiæ partis ad minus, infunde Spongiam & ſic tepide applica pectori quater uľ circiter, lenit, reſoluit & dolorem mitigat. Sed in materia groſſiori addendo Anetũ & huiuſ (modi.

Stomachalis Fomentatio in Lapſu frigido.

Recipe Mẽthę Abſinthei, Camomil, ana mani. 1 florum Lambruſ, Aneti an. ℥ß bulliant in lib 2. aquæ ad medietatem.

In Epate poſt Febrē fit ex Endiuia acetoſa,ſoletro,et Nenuff.

In Splene,ex Bugloſſa,Scolopēdria,Tamariſtis Capparis & ibi in decoctione ponatur medietas uini aut aceti & medietas aquæ.

## Ad Vermes

Recipe Abſinthei foliorum perſicorum,ana ℳ menthę, ℳ Diptami,Gentianæ,ſemētim,id eſt ſeminis ſancti,fiſticorum Aloes ana ʒ 5 bulliant in aqua,& poſt fomētationem abſtergatur locus cū panno,& ipſam debet ſequi linitio uel inunctio ſi expedit,nam pori per ipſam fomentationem aperiantur,et ſic uirtus unguenti melius penetrat. Et Embrocatio cōmuniter ē ſumēda poſt Epithima,quia eſt fortioris operationis cum fit ex aqua decocta,quæ fortior eſt aquæ ſublimationis,uinū pariter eſt fortius. Ex his elicitur quod cauſa adminiſtrationis Embrocę uel fomētationis eſt duplex. Prima,quia Embroca eſt fortior medicina ꝙ Epithima,ubi igitur non ſufficit Epitima fiet Embroca. Secunda,quia non ubiꝙ præparatę reperiūtur aquæ ſublimatę de quibus fit Epithima, quo caſu facimus Embrocam ex decoctione rerum.

Et uſus Embrocationis,maxime cōuenit in ſedando dolores,a cauſa calida uel frigida,reſpectu aliarum medicinarum, & maxime Arteticos & Cholicos Et Embroca debent applicari inſtatu declinationis. Et Fomētatio ſtomachalis,cordialis. Epatica Capitalis,tucius adminiſtratur āte cibum,reliquę uero indifferentur.

## CAPVT DECIMVM OCTAVVM DE Vnguentis & Linimentis.

SCiendum quod ungentum eſt aggregatum ex liquoribus & cęra,aut gummis cum ſubtilibus pulueribus ſuper additis,ad ſubtilitatem redactis Liquores ſūt olea,pinguedines,et Succi. Dicitur Cęra ad differentiam Cęroti,quod cōmuniter fit cū Reſina,loco tamen Cęræ in ungento ponitur quandoꝙ

Serapinum Armoniacũ & huiuſmodi, ideo additur aut Su- mis. Dicitur ad ſubtilitatem redacti, in hoc differt ab Empla- ſtro quia in ungento componẽtia reducuntur ad ſubtilitatem uel mediocritatẽ. In Emplaſtro autẽ ad groſſiciem & duriciem dicitur ultimo in diffinitione & pulueribus additis hoc intel- ligitur, ut plurimum quia ungentum fieri poteſt ex ſolis liquo ribus & cęra, ut exemplum in Pleureſi. Recipe oleum uiolarũ ʒ 1 olei Camomillæ, butyri loti ana ʒ 5 cum modico cęræ, fiat ungẽtum, & ungatur locus dolens facta Embrocatione. Vel in materia groſſa, Recipe oleum Aneti, Lilii alborum & yreos ana ʒ 5 pulueres de urtica ʒ 5 cęræ ʒ 5 fiat ungentum.

Pro Compoſitione ungentorum.

Nota quod ſimplicia componentia ungentum anteq̃ ad for- mam ungenti reducãtur, debent puluerizari ſeorſum, & pone re cum liquore & cęra liquefacta.

Regula talium eſt, quod quęlibet ʒ 1 liquoris exigit ʒ 1 uſq; ad ʒ 1 5 pulueris.

De Cęra non datur bene regula, quia ſi uolumus facere un- gentum molle dicatur, & Cęræ modicum ſi groſſum dicatur, & Cęræ tantum quod ad groſſitiem reducatur. Verum tamen eſt quod communiter pro 2 ʒ liquoris, capitur ʒ 5 Cęrę, ſed cõ muniter ſcribentes relinquunt in arbitrio apotecarij, ideo ſcri bimus Cęræ quantum ſufficit. Et hi pulueres ſunt ponendi in unguẽtis qui ſunt appropriati membro ungendo. Et Cęra eſt quadruplex, ſcilicet Alba, Citrina, Viridis, Rubea.

Alba eſt frigidior, ideo in unguentis febrientium ponitur. Sed Rubea eſt calidior, & iterum uiridis propter uiride eris de quo componitur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Olea frigida | Violarum<br>Mirthinum<br>Nenuffaris<br>Roſarum<br>de Papauere | Olea calida | Anetinum<br>Liliorum alborum<br>Laurinum<br>Camomillæ<br>Iuſtinum |

Oleo frigida { de Hyoſcyamo / de cucurbita } Oleo calida { Rutæ, hæc olea côueniunt in om nibus membris.

Sed ſpecialiter ad curã ſtomachi ſunt olea frigida, Mirthinũ Roſarum, Citoniorum. Et calida ſunt oleum de Abſintheo, Menta & Spica, & Naſturtium.

Exemplum ex lapſu frigido ſtomachi. Recipe olei de Abſinthio, de Spica ana. ʒ 1 Garioph. Calami aro. Cinamomi, ana. ℈ 2 cęræ quantũ ſufficit, uel ʒ 5 terantur omnia per ſe fiat ungentum. Et ſi uelles eo uti contra uermes, loco dictorũ pul uerum, pone Dyptami, Gentianæ, Lupulorum, Sementinæ, & Aloes ana. ℈ 1.

Exemplum in lapſu calido Epatis, ſicuti poſt febrem. Recipe olei roſarum uiola. ana. ʒ 5 olei Nenuffa. ʒ iij olei Abſin. ʒ 2 pulueris tria ſandali, ʒ 1 cum modico Cçræ, fiet ungentum. Poteſt apponi de ſucco Endiuiæ & hyſopo, & poſſunt ungi renes uſq; ad ſpatulum, ſiue ponãtur pulueres ſiue ſandali, & hoc ut refrigerat uena chilis & arthcrea ahorti, quibus infrigidatis infrigidat totum, quia portant ſanguinẽ toto corpori

Doſis communis ungenti magiſtralis, eſt ʒ 1 uel 5 uel ʒ 2.

Linimentum fit ex eiſdem rebus, cum modica tamen Cęra ita quod Linimentum eſt ungentum molle, oportet autẽ quod Cæra & liquores ponantur ad ignem lentum, & diſoluantur uel bulliẽt, poſtea addantur ſpecies, & dimittantur congelari Et ſi uis habere citam congelationem, pone urcealum in aqua frigida. Hora applicandi unguenta, eſt melior poſt uniuerſales euacuationes, & præcipue poſt embrocationẽ poris apertis. Sed particularis hora eſt omnis hora indifferẽter, ita tamẽ quod inter unam applicationem & aliam, mediat tempus triũ horarũ, hoc addito, quod applicẽtur calida uel tepida pręterq;

Regula cõmunis fere omniũ practicantiũ, (in uulneribus ut quod pro 1 ʒ olei, ponatur ʒ 1 pulueris, & tandundem Cærę ut in exemplo ꝑ confortatione ſtomachi, Recipe olei maſticis

menthæ

Mēthæ abſinthei,ana. ʒ 1 maiora ſiccæ, hyſopi, ana, ʒ1 nucis muſcatę,Gariff.piperis longi an. ℈ 1 Cęræ ʒ iij ſiat ungentum Si uis habere ungentū in forma ſatis dura,pone ꝑ ʒ 1 olei ſpēꝶ ʒ iij cęræ ʒ25. Si ṽo molle,pone ꝑ ʒ 1 olei ʒ2 cęræ,& ʒ2 ſpecieꝶ.

## CAPVT DECIMVM NOVNVM
### De Cærotis.

CAErotum eſt aggregatū ex liquoribus & pulueribus groſſis cum reſina aut cæra ad formam ſolidam & denſam redacta. In hoc quod dicitur pulueribus groſſis, differt ab ungēto, quod cum ſubtilibus componitur. In hoc quod dicitur ad formam ſolidam, eſt quia ungētum ad ſubtilitatem reducitur & quia cum cæra non duceretur ad formam ſolidam, ideo ad (ditur cum reſina.

Circa hoc notandū, quod Cærotum quoddā eſt Stomachale, quod ex rebus ſtomaticis conficitur Quoddam Epaticum, quoddam Splenaticum, quoddā Cordiale, quoddā Matricale, quorū quodcū ꝗ ex apꝓpriatis cōficitur, ſed differunt in forma ex parte membrorum quibus applicantur, unde ſtomachale fit ad formam Scuti.

Cęrotum: Somachale, Cerebrale, Matricale, Spleneticū, Epaticum



Regula. Pro qualibet ʒ 1 liq̃ris requiritur ʒ1 uel ʒ15 pulueris in cærotis, recipe Olei Citoniorꝶ de Mirtha ana. ʒ 1 Gariofilorꝶ, Maſticis ana. ʒ1 fiet Cærotum cū reſina. Et Doſis Cærotorꝶ nō eſt limitata eo quod magnificatur & minoratur ſecundū intentionē medici & mēbri cui applicatur. Notandum ſecundo, quod ita ſe habēt ꝑ ordinē ſcilicet, ungentū, cærotū, & emplaſtrū. Fortioris enim eſt oꝑationis cærotū ꝗ ungentū, & ad huc fortioris emplaſtrū quāuis ægrotātibus minus tedioſū. Primo igitur ſapiētes medici incipiūt cū ungento, deīne cum nō ſufficit deſcendunt ad Cærotū, & tādundē ad emplaſtrū. In paſſiōibus aūt ſtomachi cærotū inter alias medicinas mirā facit oꝑationē.

Cęrotum capiti applicandum, ualēs contra decurſum Cathari, mirabiliter ſuper commiſſura coronę. Primo radendo capillos, & fricando bene donec rubeat. Secundo ponendo uentoſam ſine ſcarificatione. Vltimo applicādo Cęrotum, Recipe Landani, Gumi, eleni, Sandaracę olibani, Storacis liquidæ & ſiccę Reſinę ana, miſce fiat Cęrotum capitale.

## CAPVT VIGESIMVM DE EMPLASTRO

EMplaſtrum eſt aggregatū ex Herbis, Radicibus, Floribus & pulueribus groſſo modo pulverizatis, cū liquoribus ſimul mixtis uel bullitis. Per hoc quod dicitur groſſo modo pulverizatis, differt ab unguento, unde medicinæ pulverizandæ pro unguento debent ſubtilius pulverizari quam pro Emplaſtro uel Ceroto, ideo in fine unguenti dicūt cōmuniter practicantes pulverizanda pulverizentur ſubtiliter, quod nō dicunt in fine Cęroti uel Emplaſtri, etiam facti de rebus ſiccis. Emplaſtrorum quoddam fit ex rebus frigidis, quoddam ex ſiccis.

### De compoſitione Emplaſtrorum.

Nota quod ordinando ungentum uel Emplaſtrum, medici tenent cōmuniter hanc differentiam, qui in ungento prius nominant liquores, poſtea ponunt pulueres & Cęram. In Emplaſtro e contra, licet de hoc nō ſit curandū quod prius nominet.

### Regula Prima.

Herbæ & Flores debēt per ℳ nominari. Radices per ℥ aut ʒ, ſimiliter pulueres & farinæ.

### Secunda Regula.

Manipulus unus dictarum rerum exigit de liquore ℥ 1 aut 1 & 5 iuxta mentem Medici.

### Tertia Regula.

Medicus ordinando Emplaſtrum ex herbis uiridibus & radicibus non debet dicere & eas facere pulverizari, ſed bulliri, & hoc donec ueniant ad ſpiſſitudinem, quibus bulitis addit liquor, uerbi gratia, Adeps porci, Anxugia, butyrum, aut Olea

iuxta

ſuxtamentem Medici,de reſoluendo uel maturando.

Exemplum Maturatiui. Recipe Malue ℳ 1 radicis Alteæ minutim inciſę manip. 5 uel ℥ 1 bulliãt in aqua uſq; ad ſpiſſitu dinem de hinc adde pinguedinẽ gallinæ ℥ 2 uel 1 5 bulli iterũ, fiet Emplaſtrum.

Exemplum Reſolutiui. Recipe florum Camomillæ,melli, Aneti,ana ℳ 5 bulli ut ſupra, deinde accipe olei Camomillæ, liliorum alborum ana ℥ 15 bulli pro Emplaſto.

Alia Regula ad ſcīedum exemplum, cum melle pro libra 1 mellis ſumi debent ℥ 4 ſpecierum.

Si autem de rebus ſiccis quæ pulverizari poſſunt cupis Em plaſtrum,non debent ſubtiliter puluerizari,ſed groſſo modo. uel ſolum contũdi,& ſumi pro ℥ 1 pulueris ℥ 1 liquoris, aut pau lo plus uel minus,iuxta neceſſitatem,ſiue ſint pulueres ex her bis radicibus,aut ſeminibus ſiue de farinis. &c.

Exemplum.recipe Farinæ ſeminis lini,fenugræci ana, ℳ. 5 olei ſiſamini, anxugiæ, gallinæ ana. quantum ſufficit, fac ut buliat parum,& fac Emplaſtrum. Si autem Aromatarius non eſſet peritus,tunc pone pondus de liquoribus, iuxta regulam præcedentem.

### Modus Applicandi Emplaſtrum.

Poſtq; Emplaſtrum eſt confectum,ponatur ſuper panno,& tũc aſſit lapis calefactus, ſuper quo calefiet, & tunc ſupponat membro nequaq; frigide applicetur.

Sunt & aliæ locales Medicinæ, ut Cathaplaſma, quod fit de herbis uiridibus contuſis uel ſiccis bullitis, & ſimul ſupra poſitis. Et Encatiſma,quod eſt balneum particulare,uſq; ad umbilicum ſuper herbis appropriatis & bullitis.

## CAPVT VIGESIMVM PRIMVM DE Confectionibus & Electuarijs conficiendis..

SCiendum quod ad Compoſitionem confectionũ & Elec tuariorum eſſentialiter ingrediuntur pulueres uel ſpecies

appropriatę, & aquæ cum zuccaro & melle, ſed tamē differūt nam confectio fit tantum ex zuccaro, & in formā ſolidam reducitur. Sed Electuarium ex zuccaro uel melle aut ſyrupo, ultra tamen hæc eſſentialia aliquādo intrant aliqua alia, ut pulpe caponum aut ſemina, ut fiſtici, pineæ, uuępaſſę, ſemina cō munia frigida. Et confectionum quædam eſt uſualis, & quædam magiſtralis. Vſualis, in apothecis reperitur, & quædā cordi appropriatur, ſicut confectio de gemmis, lęticia Galeni. Quædā Cerebro, ut pliris, arkoticon, dyambra. Quædam ſtomacbo, ut dyagalanga, & quædam Epati ſicut triaſandali. Sed de Magiſtralibus, quædam ſunt Laxatiua, ſcilicet quæ ex rebus laxatiuis cōponātur, ſicuti dyaturbit, Dyaſenæ, & de quibus dictū eſt. Sed non laxatiuæ ex non laxatiuis fiunt, & talium quædam ſunt Confortatiuę quædam Alteratiuę, quædam cō fortatiuę & Alteratiuę ſimul,

Sequuntur Regulæ. Prima Regula.

Quod pro uice una raro tranſimus, ℥ iij uel 4 pulueris aut ſpecierum uel conficiendo Confectionem uel Electuariū magiſtrale.

Secunda regula.

Quod ℥ 1 pulueris aut ſpecierum, exigit ℥ ij zuccari in cōfectione quia debet reduci ad formā ſolidam, ſed in Electuario ſufficit ℥ 1 uel 15 zuccari, mellis, uel ſyrupi, ad ℥ 1 pulueris, quia id eſt minus ſolidum & durum. Sed de aquis non datur regula, ſed ponitur quantū ſufficit. Sed in conficiendo Morſellas rubeas lib. 1 zuccari exigit ℥ 1 ſpecierum & ℥ 1 ſandali rubei.

Exemplum de confectione ſtomachali.

Recipe ſpecierum diacinamomi ℥ 1 ſpecierum aromatici roſati ℥ 5 zuccari ℥ iij ecce ℥ 15 requirit ℥ iij zuccari, & fit cōfectio cū aqua Methę, aut Abſinthei quantū ſufficit, & fiunt rotulę aut morſellę. Doſis communis ℥ iij aut 4.

Confectio Cordialis. Recipe ſpecierum electuarij de gemmis ℥ 5 ſpecierū diamuſti dulcis electuarij regum ana ℈ 1 zuccari boni ℥ 2 confice cum aqua bugloſſę. Et poſſum facere de pulue

puluere rerum appropriatarum ſtomacho de calamo aromatico gariof. roſ. rubea. ana. ℨ5 zuccari ℥4 conficiatur cũ aqua Abſinthei. Eodem modo de corde ſicut Margaritis, oſſe de corde Cerui & ſic de alijs. Et ſuo modo etiã in epate uidelicet de Spodio, ſandalis, ſpica aut cũ ſpeciebus triaſandali uel dyarodon & aqua Abſinthei uel endiuiæ iuxta exigentiam diſpoſitionis & infirmitatis. Et ita in capite de ſpeciebus dyambrę cum aqua maioranæ uel ſaluiæ. Sed ſi iam dictis uoluerimus facere additamenta, tunc Regula eſt. Pulueres & Pulpe ſimul cõmiſceantur, & tunc pro untia una pulueris & pulparũ ſimul mixtorum, pone de zuccaro ℥ iij aut plus aut minus, p ut uis delicatam magis aut minus habere confectionem.

Exemplũ. Recipe Pulparum Caponum, Perdicum ana. ℥ iij Fiſticorum infuſorum in aqua roſata, ſeminum cõmuniũ frigidorum maiorum mundatorũ ana. ℨ5 & ex toto ſunt ℥ 8 ſpecierũ electuarij de Gẽmis ℨ1 zuccari opti. lib. 1 ul' 1 et 5 uel dicatur, zuc. quantũ ſufficit fiet cõfectio in morſillis cũ aqua bor.

Laxatiuæ autem Confectiones eodem modo cõficiuntur ſicut non laxatiuę, ut Recipe Agarici præparati ℨ1 Turbit ℨ5 ℨ3 electi ℈ iij zucc. optimi ℥ iij fiat cõfectio in rotulis magnis ita quod Doſis poteſt eſſe ℨ 4 aut 5.

Et quemadmodum datæ ſunt regulę de modo compenſdi confectiones, ita eodem modo ſeruari debet de compoſitione Electuarij, hoc ſolum attento quod ad ℨ1 ſpecierum ſufficit ℥ 1 uel 15, zuccari, mellis, uel ſyrupi, uti dictum eſt, quia in forma liquida conficiuntur,

Et dantur confectiones communiter per duas horas ante prandium uel duas horas ante cœnam.

Caput

## CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM De Mixturis.

MIxtura differt ab Electuarijs & Confectionibus, quia mixtura ſemper fit ex rebus iam confectis in propria forma Sed Confectio uel Electuariū, ex pulueribus ſimplicibus aut ſpeciebus, ut faciendo mixturam dico, Recipe Conſeruæ Boraginis, Roſ. ana miſce uel ſic. Recipe Conſeruæ roſarum ℥ 2 ſpecierum electua. de gemmis ℥ 1. fiat mixtura cum zuccaro uel ſirupo roſato, & deauretur, ualet in febribus arſiuis. De Doſi non ponitur regula, ſed datur ad placitum, & fit mixtura cū ſirupo roſarum, uel de agreſta aut alijs, & poteſt deaurari Et idem ſunt Conditum Conſerua mixtura & electuariū, differunt ſolum ratione.

## CAPVT VIGESIMVM TERTIVM De Loch

LOch a lambendo dicta ſunt, quorum quædam ſunt delectabilia, quædam guſtu diſplicibilia, & ſunt de ſpeciebus amaris quodamodo, unde nota quod una & eadem deſcriptio ſi fiat cum zuccaro, poteſt reduci ad formam confectionis electuarij, uel Loch differunt tamen in modo ſubſtātiæ, & quodam modo in modo operationis, nam per multam uel minorem decoctionem & admixtionem quorundā uiſcoſorum, fit in eis uariatio ſenſibilis ac mixtura manifeſta. Requiritur enim ad confectionē conſtruendam maior decoctio zuccari, ut per eā induretur, ad electuarium autem minor. Sed in Loch multum minor ambobus, nam ipſum coquitur modico pluſquam Iulep, & minus quā Electuarium, & in ipſo etiam quædā plurima uiſcoſa intrant, quatenus meri adhcrentiam faciunt. Plura autem Loch fiunt cum melle quam cum zuccaro, eo quod fortius abſtergit, aperit, adhęret, & calefacit. Vtimur autem Loch ſolum in paſſionibus pectoris, Pulmonis, & in eis quę ſunt meri, ſed confectionibus & electuarijs, in omnibus paſſionibus omniū

mem

membrum, Loch quædam euacuant humiditates groſſas pectorales & plurimas catarrhales ut Loch ſanum, & quædam ad huc groſſiores & uiſcoſiores ut Loch de Squila, quædam ualent in ulcere pulmonis mundificando humiditates ibi exiſtentes ut Loch de pino. Et quædam ingroſſant materiā ſubtilem fluentem à capite ad partes ſpirituales exaſperantes, & tuſſim ſiccam facientes, ut Loch de papauere.

Doſis Loch eſt quantitas auellanæ uel caſtaneæ. Hora ſumendi eſt indifferenter, diu noctuꝗ, ante cibum uel poſt, non tamen im mediate poſt, ne cibū ſurſum euaporare faciet, melior tamen hora eſt uacuo ſtomacho, præter ꝗ in Loch de papauere, cum per ipſum quęrimus ſomni prouocationem, uel materierum ſubtilium in capite ingroſſationem, quia ſic melius datur una hora poſt cænam, eundo ad lectum.

Modus ſumendi, eſt lābendo in ore tenendo donec liquefiat, & ſic caput anterius inclinando paulatim deglutiendo, & ſic per poros. Meri uirtus Loch tranſpirat, & reſudat ad partes Cannę & pectoris, & propterea non debet ſtatim poſt ipſum potus ſumi ipſum à meri abluens. Ex ſpeciebus uero Loch uſualium prædictarum poſſunt fieri pilulæ bichichiæ tenendo in ore.

## CAPVT VIGESIMVM QVARtum. De Trociſcis.

TRociſcus, eſt quædā rotunda confectio cum quadam depreſſione ad modum Lupini. Et quando ꝗ fit in longitudine quadam & rotunditate. Ratio compoſitionis eorum ut ſpecies intrātes diutius & melius conſeruētur, & ita patet differentia eorū à pilulis in figura, quia tales omnino ſunt rotū dę à pila, id eſt, rotūditate. Secūdo in operatione, quia pilulæ omnes aut laxant aut leniunt. Sed Trociſci multoties neutrū illorū faciunt. Tertio, quia non ſunt ita abominabiles ad ſumendū ſicut pilulæ. Nota tamen quod Trociſci non dantur in propria forma, ꝙ talis eſt inepta ad deglutiēdū, ſed datur

inpuluere Electuario,confectione aut decoctione, ſecundũ quod medicus intendit,aut etiam in pilulis maxime quando dãtur ad caput. Et ex omni medicina pulueriꝫabili poteſt fieri Trociſcus doſando medicinas,ſecundũ medici intentionẽ ſumẽdo plus de ſtomatica aut cerebrali aut alia pro ut uidebitur. Et ita quidam ſunt Trociſci ſtomachales,quidã Cerebrales,quidã Cordiales,& ſic de alijs membris , Stomachales de rebus ſtomaticis cõficiuntur, ut Recipe maſticis ,cinamomi electi, Spicę,garyophylorum,Calamiaro præparata ana.ʒ.ſ fiat trociſcus de ſyrupo de mẽta ,aut cũ alia aliqua aut ſucco.

Cordialis ex cordialibus fiat,dũmodo Doſis trociſci non excedat ʒ ſ. Sed nota poſtq̃ exhibebis trociſcos in forma in qua intendis,poteſt dari Doſis amplior quã pilularũ , quia pilulæ uirtualiter debilitant,& non trociſci. Ideo q̃ Doſis communis Trociſcorum,præter opiatos eſt a` ʒ i ſ. uſq; ad ʒ ij. licet melius ſit dare ʒ i. in opiatis autem Doſis eſt ℈ i aut ʒ ſ.

Aperitiui Trociſci
- De Reubarbaro
- Spodio
- Eupatorio
- Lacta
- Myrrha
- Capparis

Horum Trociſcorum aliqui reſpiciunt materiam calidam alij frigidam. Non eſt enim opilatio a` materia adeo frigida, aut uiſcoſa,quin poſſet remoueri per Trociſcos de Lacta aut Myrrha ideo in retentione menſtruorum antiquiſſima mire laudãtur Trociſi de Myrrha.

Reſtrictiui,de terra ſigillata,de bolo Armeno.

Confortatiui,Trociſci de abſinthio,de mentha dyarodon: et cõueniunt maxime in declinatione febris,de materia frigida quę mirabiliter remouent debilitatem totius corporis. & aperiunt

aperiunt opilationes ſi quę ſunt, & materiā groſſam digerūt, Tempus adminiſtrādi, eſt ante cibū per unā aut duas horas.

Fiunt etiam Trociſci pro fumigio, & hoc uel in paſſionibus matricis de rebus matricalibus, & ad rectificationem aeris, uerbi gratia. In peſtilentia, Recipe Cinamomum, Garyophylorum, roſarum rubearū, ana ℥ ij. ligni aloes, Thuris maſticis, Landani ana ℥ I. ſandali rubei & albi ℥ I ſ fiat Trociſci cum Terpentina in Doſi ℥ ſ. & teretur in mortario, & poſſūt poni Trociſci gallię. & Aliptę muſcatæ ſicut medico libet, et de his Trociſcis ponatur unus aut plures ſuper carbones.

## CAPVT VIGESIMVM Quintum. de Peſſarijs.

PEſſarium fit formę oblongę aliquādo rotundę & mittitur in uuluam ad menſtrua ſtringenda uel prouocanda, & fit de rebus appropriatis, puluerizatis, confectis cum aliquo liquore aut Electuario in panno tenuiſſimo inuolutum.

Exemplum da peſſario prouocante menſtrua, ℞. Mirrhę, Arthimeſię, Abrotani, ſeminis nigellæ, an. puluerizētur omnia, & cum trifera maiori, uel metridato formatur peſſarium.

Quantitas autē Peſſarij communiter fit ad quantitatē digiti minoris, inuoluatur in raro panno lineo, & ponatur in matricē, & cōmuniter aligatur ei filum duplicatum, ut extra matricem pendeat, & ſic iuxta oportunitatem extrahi poſſet.

Exemplum Peſſarij conſtrictiui menſtruorum fluentiū pręter naturam. Recipe carabe nucis Cipreſſi, gūmi arabici, Balauſtię, ana ℥ iij. Thuris ℥ ij. fiāt Peſſaria cum decoctione Sumach aut ſucco plantaginis ſiue muſtilaginepſyli uniuſcuiuſque ponendo ℥ ij. & ponantur in Matricem.

## CAPVT VIGESIMVM SEXTVM
### De infuſionibus & decoctionibus.

DEcoctio dicitur quando herbę,flores,ſemina,radices uel aliud cuiuſcunque generis decoquitur in aqua communi uel diſtillata ſeu aliquo liquore ut uirtus harum rerum per de coctionem recipiatur in aquis in quibus decoquūtur. Demū talis decoctio colatur quandoque cū expreſſione,quandoque ſi ne expreſſione,iuxta rei exigentiam,liquor aut ſic colatus de coctio dicitur,& de hac ſatis dictum eſt antea.

Infuſio uero,eſt quando aliquæ res medicinales ponuntur pulueriżatæ aut contuſæ uel inciſæ, uel ſolæ in aqua, uino, uel alio liquore abſque ulla decoctione, & ibi remanent par tes,poſtea colantur cū expreſſione uel ſine. Secundum quod quærimus remanere maiorem aut minorem uirtutem in tali liquore,talis liquor ſic colatus & pręparatus,dicitur infuſio. In decoctione tamen plus manet de uirtute rerum,quam in in fuſione,ideo poſt infuſionem alicuius ſimplicis medicinę, ſi cuti Agarici,Turbit,aut alterius,ſępe facimus leuem decocti onem ut uirtus fortius aſſumatur.

Exemplum Infuſionis,educentis Phlegma.

Recipe, Agarici, Turbith,ana ʒ ß.ʒʒ.Spicę,Salis gemmę a na ℥ 4 infunde in aqua abſinthij, ʒ ijß. per horas 12. deinde ex prime fortiter,& cola,colaturæ miſce dyafiniconis ʒ 2. & da Et ſi placuerit poſſet fieri lenis bullitio ſimpliciū in aqua,ut uirtus melius recipiatur exhibe in aurora. Ita dico de Reubar baro in euacuatione Cholera,quando infunditur in aqua en diuiæ. Et ſi Cholera eſſet groſſa, addatur parū uini uel aqua Fœniculi. In fine autem addimus communiter aliquem ſyru pum in Doſi ʒ ß. pro dulcoratione,ut infuſione Agarici ʒ ß. Oximellis.

Iſtę etiam decoctiones debent dulcorari cum zuccaro,mel le aut ſyrupis appropriatis,ut delectabiliores ſint aſſumenti bus, Pone igitur pro ʒ iij. aut 4 ʒ 1. de melle, zuccaro uel ſyru po,per

po, per hoc etiam diutius conſeruantur, niſi enim ſic præpararentur, non poſſunt uſq; ad triduum durare.

## CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

### De Compoſitione Medicinarum.

IN compoſitione medicinarum requiritur quod componēs ſciat uirtutes medicinarum ſimplicium cognitione uniuerſali & ſingulari, non enim ſufficit quod ſciat quæ medicina ſit calida, frigida, humida, aut ſicca, abſterſiua, aperitiua, lenitiua, &c. ſed oportet ut ſciat in quo gradu medicinæ has faciunt operationes, ſcilicet, utrum multum, aut paruum hoc faciunt, oportet etiam noſcere quod membrum quælibet medicina reſpiciatur, quæ Caput, Cor, Pectus, Stomachū, Epar, &c. Et utrum illud debiliter aut fortiter reſpiciat, oportet etiam aduertere quem humorem euacuare uoluerit. & quæ medicinæ huiuſmodi humorem euacuāt principaliter, ſicut turbith phlegma, & Scamonea choleram, &c. Et hæc medicina apud Authores dicitur Baſis ſeu Radix.

*Eſt* enim Baſis illa medicina, quæ habet notabiliorem effectum ad humorem euacuandum, ut Baſis in Hierapicra Galeni eſt Aloe, nam hęc confectio fit ad purgandum phlegma in ſtomacho, ad quod Aloe reſpectum habet, & ineffabilem effectum. Aliquando plures Baſes reperiuntur in uno medicamine, ut uirtus unius per aliam fortificetur, ſicut in Benedicta, in qua Turbith, Hermodactyli & Scamonea ſunt Baſis. Eſt enim medicina quæ euacuant phlegma a' iuncturis & locis remotis, ſed Turbith, & Hermodactyli, ſunt debilis operationis, quare Scamonea apponitur ad adiuuandum eorum operationes. Scamonea enim iuxta Authores medicinę ponitur in Aloeticis, ut properare faciat eorum operationes.

Notandum ibi, quod de medicina quę eſt Baſis, debet poni plus in duplo, quā de medicina cōfortante eius operationē, ut cū pro radice Turbith ponitur, aut pro Baſi in aliqua medicina ſubduplū, id eſt, medietas eius ponitur de ʒ. ut ſi ponitur

3 i turbith ponatur 3 5 xxx. Zinziber enim cõfortat operatiõnem turbith. Et hoc uerum eſt, ſi medicinæ ſunt eiuſdem grauitatis & leuitatis. Nam ſi medicina confortans, eſt leuioris ponderis quam radix, ſeu Baſis, de ipſa minus quã ſubduplũ ponatur, ut ſi Aloe pro Baſi ponat, & pulpa coloquintidę ꝑ confortante, tunc pulpa ponatur minus quam ſub dupla, propter eius leuitatem & aloe grauitatem. Quantum ponitur de Opio in medicina, tantum de caſtoreo quia ſunt grauia. Sic quantum de Scamonea, tantũ de Bedellio. Et aliquando medicina compoſita ex Baſi et eis quæ ipſum confortant, ſufficit ad effectum habendum quem quærimus, & tunc eſt optima medicina. Aliquando autem non ſufficit, quare oportet alia ponere quæ inſufficientiã compleant, & pręparant ad hoc ut recipiant Baſis operationem, & iſtæ medicinæ uocãtur ſequentes radicis operationem, quia per ſe in medicina non ponuntur ſed propter radicem cui conferunt iuuamentum.

Iſtę autem medicinæ quæ ſequuntur, radicis operationem apponuntur in compoſito ſeptem de cauſis.

Prima cauſa, ut membra confortentur, & hoc maxime fit quãdo Baſis eſt aliqua medicina laxatiua, quæ uenenoſa eſt, nocumẽtũ ingerens mẽbris, quare tunc confortatur per medicinas cordiales quę ſpiritus cõfortãt, ſicut ſunt medicinę in q bus eſt aromaticitas, ut Roſe, xiloaloes, Sandali, crocus. &c.

Secunda cauſa, ut malicia medicinæ auferatur, ſicut malicia Opij aufferatur per caſtoreum, & Scamoneæ per Bedellium & dràgantum, & Ellebori malitia, per Daucum, & Siler montanum aufferatur.

Tertia cauſa eſt, ut abominatio medicinę aufferatur, quare admiſcemus cum medicinis mali ſaporis, zuccarum aut mel plus quam in medicina boni ſaporis, non horribilis.

Quarta cauſa, ut uiæ per quas attrahit medicina aperiantur ſicut in Paralyſi & in apoplexia, ubi uiæ ſunt anguſtæ, quare difficile attrahunt, unde oportet tunc admiſcere medi

cinas

cinas diureticas,ut uiæ aperiantur.

Quinta cauſa, ut medicina tueatur a' calore digerente, ne in uia debilitetur,hac de cauſa ponitur opium in Tyriaca.

Sexta cauſa eſt,ut medicina quę ad plurima mēbra eſt cōmunis,ad unū ſpecificetur,ut ſi aliqua medicina aperiat opilationē uenarū,& urinā prouocat,ſi uolumus urinā prouocare,debemus admiſcere cū ipſa aliquid quod ad locū illā medicinā dirigat, ut Cantarides. Si uti uelimus medicinis aperitiuis in epate, ſolę ſunt dādę,ſi in ſplene,dētur cū aceto,ſi in pectore, dētur cū aqua mellis aut aqua ordei,aut cū dulci uino. Et cū medicinis diureticis admiſcemus raphanū ,quādo uolumus ut in epate longo tempore remaneant,in eius de opilatione.

Septima cauſa eſt,ut qualitas radicis ſeu Baſis,q̄ nocet morbo amoueatur,& de ſua uirtute nihil dematur ut Scamonea quę nocet febri qualitate,quare cū ipſa admiſcemus Mirrabolanos quia uirtutē laxandi nō dirimunt,& eius acuitatē reprimunt. Et perſępe plures Baſes ponūtur in uno medicamine.

Primo ut in eadem ſpecie ægritudinis,diuerſas faciet operationes, ut in paſſionibus neruorum ponitur pro Baſi piretrum & Caſtoreum piretrum ad Phlegma conſumendum & diſſoluendum,& Caſtoreum ad confortandum,

Secundo, ideo quia medicina compoſita reſpicit diuerſas ægritudines in diuerſis membris,aut in uno membro. Et ſi una Baſis ſufficeret,& nullum in ſe nocumentum haberet, nō eſſet neceſſarium ei aliquid admiſcere,quia ergo eſt inſufficiens in operatione aut nocumentum habens in operatione, eſt ei aliquid admiſcendum. quod operationem eius fortem efficiat & corroboret.

Et hęc fortitudo in duobus conſiſtit. Vnum eſt in uirtutis Idemptitate, & ſecundum hoc Diptamus & terra ſigilata in Tyriaca ponuntur.

Aliud eſt in præparatione materiei, & hac uia ℥. fortificat operationem Turbith.

Sequuntur nunc Regulæ de componendis Receptis.

Prima Regula. Si aliqua medicina fortis uirtutis eſt, de ea in receptis ſeu incompoſito parum ponendum eſt, tantum enim poteſt agens forte in tempore pauco, quantū debile in tempore multo, & e conuerſo per eandem uiam, tantum poteſt agens forte in parua quantitate, quantū debile in multa.

Secunda Regula. Si aliqua medicina multa habuerit iuuamēta, multū de ea eſt in compoſito ponendum, et maxime ſi eſt uelocis operationis, ſi autem habet iuuamenta pauca & fuerit tardę operationis, ponatur parum de ea.

Tertia Regula Medicina quæ agit in partes remotas, de ea multum eſt ponendum, ſi uero in partes propinquas, parū de ea ponatur. Virtus enim medicinæ in uia remota, multū debilitatur ante ꝗ perueniet ad terminum, ſed ſubſtantia eius cum multiplicata fuerit, multiplicabitur & uirtus eius.

. Quarta Regula. Medicina nobilis, multi iuuamenti in magna Doſi ponetur, ſi fuerit ignobilis ponatur parum. Nobilis medicina dicitur, quando operatur circa membrum nobile, aut facit operationem nobilem, ut confortare cū abſterſione nobilius eſt quam ſine abſterſione.

Quinta Regula. Si aliqua medicina habeat iuuamentum repertū in alijs medicinis, quę in cōpoſito ponūtur, de ea parum eſt ponendum, ſi autem contrarium ponatur multum.

Sexta Regula. Si aliqua eſt medicina cuius iuuamento nocumentum eſt annexum, de ea parum eſt ponendum, ſi autem contrarium, contrarium.

Septima Regula. Si aliqua medicina in compoſito, inuenerit aliquam medicinam eius uirtutem corrūpentem, de ea multum eſt ponendum, ſi contrarium parum ponatur.

Ex his elicitur, quod ſi ſint quatuor ſimplices medicinę in corpore ęqualiter operantes eodē pondere menſurātur, uerbi gratia, ut ſemen fœniculi, aneti, & ſimilia. Si autem ſint inęqualis uirtutis & operationis, inęqualiter eſt ponendū, ut ſi

uelim

uelim purgare Cholerã & phlegma per medicinã cõpoſitã ex Aloe & Scamonea, plus de Aloe, minus de Scamonea eſt ponendũ, propter debilitatem Aloe & fortitudinem Scamoneę.

Medicus tria cauere debet in compoſitione medicinarum ſoluentium.

Primum, ne fiat ſolutio inæqualis, & hæc fit per medicinas cõpoſitas multæ diuerſitatis in tempore quo ſoluendus eſt uenter, quoniam uentris ſolutio conturbatur, & prima uẽtrem ſoluit ante quam ſecunda, & quandoque prima ipſam ſecundam expellit. Hæc Auicenna Quarta primi Cap. 4.

Secundum. Ne fiat *mixtio* medicinarum, quarum modus ſoluendi unius alterum debilitat, ſicut compoſitio medicinæ Lenitiuæ & compreſſiuæ, uti Mirabolani, & uiolę. Medicina enim quę lętificat, prius perficiet ſuam operationem quam ea quę premit. Dicit Auicen. quarta primi Cap. 9. Quod lenire facit non eſt coniungendum ei quod imprimendo iuuat taliter ut ſint eorum æquales uirtutes. &c.

Tertio. Ne fiat mixtio iſtorum, quorum proprietas unius corrumpit proprietatem alterius, & proprie quando corrumpit uirtutem quam quærimus, & ob hoc Anacardi non ponuntur in Tyriaca, quoniam corrumpunt carnes Tyri.

Quinque debẽt poni in medicina cõpoſita:
- Primum eſt Radix ſeu Baſis, quę debet poni in duplo plus quam medicina confortans.
- Secundum, medicina confortans uirtutem quæ debet eſſe ſubdupla ad Baſin.
- Tertiũ, medicina ſequẽs radicis operationẽ
- Quartum, medicina reprimens nocumentum radicis.
- Quintum, medicina alterans totum compoſitum, ſeu qualitatem totius medicinæ.

De Tertio. Medicinis ſequentibus radicis operationem, certa Regula Doſis dari non poteſt ſed ſecundum quantitatem ſeruicij maiorem uel minorem plus de eis aut minus po-

nitur uerbi gratia. Si aliqua medicina cũ radice ponatur ut uirtus eius uſq; ad extrema corporis dirigatur, plus de ea apponatur, quã ſi ad partes proximas, ut dictũ eſt in regulis pręcedẽtibus.

De Quarto medicina reprimente nocumentũ radicis, talis medicinæ Doſis debet eſſe inęquali pondere in quo eſt radix, ut cum Opium ponitur in aliqua medicina, tantum ei admiſceatur de Caſtoreo. Et cum Scamonea tantum de Bedellio, niſi malitia radicis aufferatur, quoniam tunc minus ponẽdũ.

De Quinto medicina alterante totum compoſitum Doſis eius, eſt tantum quantum ponatur de omnibus, unde quando cõponitur medicina ex Turbith ʒ x. & zinziber .v. cũ iſtud compoſitum habeat acuitatem, ad hanc reprimendam ponatur zuccari ʒ15. Ex his omnibus dictis, potes colligere digeſtiuum cuiuslibet humoris in quocunq; membro ponitur, ut ſi uis digerere Choleram peccantem ſua caliditate, conſpicias in quo membro ſituatur, aut in Stomacho, Epate, aut alijs membris, hoc cognito, accipe medicinam reprimentem acuitatem cholerę illius membri, ſicuti eſt Endiuia, ſcolopendria, lactuca, portulaca in Epate. Et in Splene, Bugloſſa, borago, naſturcium, calamentum, ſic in alijs humoribus.

## CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM DE Medicinis Euacuantibus ab omnibus membris, & quæ membra ipſa fortificant, ac Medicinis ducentibus ad membra.

ET ut nouelli Tirones artis medicę ad manus habeant, quę illis ad medicinę cõpoſitionẽ neceſſaria erũt, appoſui medicinas tã ſimplices quã cõpoſitas, magis in uſu occurrẽtes, euacuenteſq; humores nociuos à membris principalibus, necnõ & medicinas ducentes digeſtiuas medicinas ad membra in quibus humorem digerere intendimus, una cũ medicinis cõfortantibus ſingula corporis mẽbra quibus cognitis facile poterint cõponere receptas ad omnes morbos curãdos, ſi ſaltim

mor

morborum cauſas nouerint,& peccantem humorem. Et primo Medicinas euacuantes à capite.

A Capite euacuantia Simplicia.

| | |
|---|---|
| Coloquintidos | Sticados Bedellium |
| Agaricus, Aloe | Mirabolani |
| Lapis lazuli | Lapis armenus |
| Epithimum Squilla | Sal Indi |

Compoſita à Capite euacuantia.

| | |
|---|---|
| Hierapicra | Hieralogodion |
| Therodoricon | Anacardinum |

Blancea Pilulæ, Cochiæ pilulę, aureę & Hierpeicrę

Euacuantia à Pectore & Pulmone, Simplicia.

| | |
|---|---|
| Agaricus Iſopus | Volubilis caſſiafiſtu. |
| Sarcocolla | Ireos |
| Coloquintida | Agaricus princi. eua. |

Compoſita euacuantia Pectus, Pulmonem.

| | |
|---|---|
| Paulinum, Dyaſene | Pilulæ de Agarico |

Euacuantia à Stomacho Simplicia.

| | |
|---|---|
| Abſinthium, Aloe | Mirabolani |

Euacuantia à Stomacho compoſita.

| | |
|---|---|
| Stomachaticum laxati. | Dyaprunis |
| Catarticum Imperi. | Pilulæ Agaricæ |
| Pilulæ Hierepicræ | Pil. Stomachaticę me. |

Euacuantia ab Epate Simplicia.

| | |
|---|---|
| Agaricus, Lupulus | Volubilis maior |
| Reubarba. ſuccus roſa. | Fumus terræ |
| Eupatorium, Mirabo. | Tamarindi, ſarcocol. |
| Abſinthium | Ireos aqua caſei |

Euacuantia ab Epar Compoſita.

Dyaprunis laxa Trifera ſarra, Pilulæ de Reubar.

Euacuantia à Splene Simplicia.

| | |
|---|---|
| Agaricus ſene | Epithimum |
| Helleborus niger | Calamentum monta. |

Compoſita pro Splene.

| | |
|---|---|
| Diaſene | Pilulæ Indi |

Euacuantia a' Iuncturis & partibus remotis.

| | |
|---|---|
| Hermodactyli | Turbith |
| Sarcocolla | Sal gemmę |
| Opoponacum | Sal Indi |
| Serapinum | Euforbium |
| Centaurea | Cucumer aſininus |
| Helleborus niger | Polypodium |

Euacuantia a' Renibus.

| | |
|---|---|
| Benedicta | Catarticum Imperiale |
| Pilulæ de Benedicta | Electua. de ſucco roſ. |
| Hermodactyli | Pilulæ Arteticæ |

Medicinæ ducentes medicinas digeſtiuas ad membra, in quibus uolumus humorem digerere, & primo ducentia ad Caput.

| | |
|---|---|
| Nux muſcata | Cubebe |
| Sticados | Pionia |
| Maiorana | Thus |
| Balſamus | Lignum balſami |
| Anacardus | Laudanum |
| Mellilotum | Caſtoreum |

Ducentia ad Pectus & Pulmonem.

| | |
|---|---|
| Ireos, Iſopus | Liquiritiæ |
| Paſſulæ . | Capilli Veneris |
| Squilla | Amigdalum |
| Penidia | Pulmo Vulpis |
| Praſſium | Dragaganti |
| Hordeum | Fœnum græcum |
| Lilium Mel | Zuccarum |

Ducentia ad Epar.

| | |
|---|---|
| Spica Spodium | Squinantum |
| Eupatorium | Abſinthium |

Fumus

| | |
|---|---|
| Fumus terræ | Cuſcuta |
| Endiuia Sandali | Farina Hordei |

Ducentia ad Splenem.

| | |
|---|---|
| Cappari | Tamariſcus |
| Scolopendria | Aſarum |
| Rubea Tinctorum | Squilla Cardamomi |

Ducentia ad Renes, & Veſicam.

| | |
|---|---|
| Saxifraga | Milium ſolis |
| Squinantum | Petroſelinum |
| Paritaria | Eruca |
| Senacion | Quinque radices |

Ducentia ad matricem.

| | |
|---|---|
| Pulegium | Sauina |

Et aliæ medicinæ ducentes ad Renes.

Ducentia ad Iuncturas.

| | |
|---|---|
| Zinziber | Squilla |
| Aſa fœtida | Opponacum |
| Acorus | Polium |
| Amomum | Piper |

Et omnes medicinæ euacuatiuæ, ſunt euacuantes a' proprietate, & non ſolum euacuant ab his membris prędictis, ſed omnes medicinę euacuatiuæ, Choleræ, Phlegmatis, & Melā cholię, euacuant prędictos humores a' quolibet mēbro, ſi dentur cū medicinis ducentibus uirtutē earū ad illa membra, uerbi gratia. Turbith quod euacuat phlegma, ſi detur cum medicinis ducentibus uirtutem ad iuncturas, ſicut cum zinciberis ſquilla, &c̄. euacuat phlegma a' iūcturis, et ſic de alijs mēbris.

Poſtquam nunc dictum eſt de medicinis digeſtiuis, euacuatiuis, & ductiuis, dicendum eſt de medicinis confortatiuis & alteratiuis malę complexionis derelictę in dictis membris & primo de confortantibus & calefacientibus caput.

Medicinæ confortatiuæ, Caput calefacientes,

| | |
|---|---|
| Saluia Ruta | Maiorana |

Maiorana Peonia — Bethonica.
Saturea Camomllla — Serpillum
Pulegium — Calamentum
Siler montanus — Fœniculus
Muſcus — Lignum Aloes
Xilobalſamus — Folium Thus
Lapdanum — Cubebe Folia lauri
Sticados, Squilla — Nux muſcata

Medicinæ compoſitæ Capitis.
Pliris narcoticon — Dyacaſtoreum
Dyarodon Iulij — Dyantos cum muſto

Infrigidantia Caput Simplicia:
Iuſquiamus — Lactuca, Viola
Camphora — Mandragora Acetū
Folia Mirti — Folia ſalicis

Compoſita infrigidantia Caput.
Dyapapaueris — Zuccarū roſa. et uiol.

Medicinæ confortantes Pectus, Pulmonem calidæ.
Iſopus Ireos — Marubium
Enula campana — Lignum Balſami.
Myrrha Serapinum — Radix Alteæ
Vuæ paſſæ, Squilla — Liquiritia. Capilli ue.

Confortantes Pectus, Pulmonē, Compoſitæ.
Dyairis ſalo — Dyacalamæ
Dyapraſſium

Infrigidantes Pectus.
Violæ — Sebeſten
Dragaganti — Gummi Arabici
Amidum — Semen Papaueris
Amigdalæ dulces — Carui
Moraceſi — Zuccara

Infrigidantes Pectus Compoſita,
Dyapapauer — Dyadraganti

zuccararum

| | |
|---|---|
| Zuccarum roſatum | Zuccarum uiolatum |
| Dyapenidion | Zinziber |

Calefacientes Cor, Simplicia.

| | |
|---|---|
| Meliſſa | Bugloſſa |
| Borago | Enula campana |
| Cardamomum | Roſmarinus |
| Lignum Aloes | Ambra Muſcus |
| Crocus | Os de corde Cerui |

Calefacientes Cor, Compoſitæ.

| | |
|---|---|
| Dyamargaritonis | Dyambra |
| Pliris | Lętitia Galeni |

Infrigidantes Cor, Simplicia.

| | |
|---|---|
| Camphora | Viola Coralli |
| Margarita | Raſura Eboris |
| Hyacinctus | Smaragdus |

Infrigidantes Cor, Compoſitæ.

| | |
|---|---|
| Dyarodon abbatis | Dyaboriginatum |
| Zuccarum roſa. & uiola | Syrupus Nenufaris |

Stomachum calefacientes Simplicia.

| | |
|---|---|
| Menta Saluia | Abſinthium |
| Lignum Aloes | Marubium |
| Aniſum | Fœniculum |
| Ciminum | Maſtix |
| Galanga | Garyophyli |
| Zinziber | Labruſca |
| Cinamomum | Miua Aromatica |

Stomachum Calefacientes Compoſitæ.

| | |
|---|---|
| Dyapiperion | Dyaciminum |
| Dyagalanga | Dyamargaritonis |
| Roſata Nouella | Mel Roſatum |

Infrigidantes Stomachum

| | |
|---|---|
| Roſa, Viola cum ſyrupis, | Plantago |
| Lactuca Portulaca | Agreſta |

Quatuor ſemina frigida.

| | |
|---|---|
| Malagranata | Acetum |
| Citonia | Pira agreſta |

Compoſita Compoſita

Dyacitoniten ſine ſpeciebus calidis cum zuccara

| | |
|---|---|
| Zuccara roſatum | Zuccara Violatum |
| Syrupus roſatus | Triaſandali |

Epar calefacientes Simplices.

| | |
|---|---|
| Spica | Squinantum |
| Cinamomum | Azarum |
| Abſinthium | Eupatorium |
| Fumus terræ | Capilli Veneris |
| Semen Fœniculi | Petroſelini |
| Carui | Ameos |

Epar calefacientes Compoſita

Dyaniſum Dyaciminum Roſata Nouella

Infrigidantes Epar Simplicia.

| | |
|---|---|
| Endiuia Lactuca | Portulaca |
| Epatica Viola | Quatuor ſe. frigida |
| Solatrum Sandali | Spodium |
| Camphora | Aqua hordei |
| Aqua roſata | Aqua Endiuiæ |
| Acetum | Scolopendria |

Compoſita infrigidantes Epar.

Triaſandali, Zucca. roſa. Zucca. Viola.

Renes Calefacientes Simplicia,

| | |
|---|---|
| Saxifraga | Milium ſolis |
| Macedonia | Semen Vrticę |
| Cicera rubea | Ruta, Squinantum |
| Cubebe | Petroſelinum |
| Daucus | Radix Fœniculi |
| Radix Petroſelini | Bruſcij |
| Spargij | Spicanardus |

Senecion

Senacion Iuniperus

Renes calefacientes Compoſita.

Electuarium ducis. Philoantrops Dyacalamentum.

Splenem calefacientes ſimplicia.

Tamariſcus Capparis
Cicorca Endiuia
Scolopendria Sandali
Borago Spodium
Bugloſſa Naſturtium
Calamentum Thimus Armoniacum
Epitimus, Ruta Aqua ferri
Amigdalæ amaræ Semen Fœniculi & Aniſi
Semen Carui Ameos
Squilla Acetum ſquilliticum
Radix Apij, Fœniculi Radix bruſcij
Radix Spargij Petroſelini

Compoſita calefacientes Splenem.

Dyacapparis Dyacalamentum Dyaciminum

Infrigidantia Splenem.

Lactuca Endiuia
Sandali Spodium
Quatuor ſemina frigida Acetum

Infrigidantia Splenem Compoſita.

Dyaboriginatum Triaſandali

Infrigidantes Renes ſimplicia.

Nenufaris Semen Lactucæ, Endiuiæ
Semen Portulacæ Semen Papaueris albi
Plantago Virga paſtoris Quatuor ſemina frigida

Infrigidantia Renes Compoſita.

Syrupus Nenufaris Syrupus Acetoſus
Stomaticon & omnia Electuaria infrigidantia.
Epar & Splenem Electuari. ducis
Philioantrops, Iuſtinum, Litontripon, quæ ualent in paſſioni

S

bus Renum & Lapidis.

Calefacientes Matricem ſimplicia.

| | |
|---|---|
| Arthimeſia | Sauina |
| Iuniperi | Ruta |
| Meliſſa | Azarum |
| Rubea tinctoris | Pulegium |
| Mentha | Lupinum |
| Serapinum | Oppoponacum |

Calefacientes Iuncturas, Calida.

| | |
|---|---|
| Hermodactyli | Hypericon |
| Azarum | Squilla |
| Caſtoreum | Euforbium |
| Storax liquida | Myrrha |
| Naſturtium | Stercus Vaccarum |
| Origanum | Calamentum |
| Serapinum | Ruta |
| Sinapis | Granum pini |
| Camomilla | Cortex radicis Capparis |

Confortantia pulmonem.

Cancri fluuiales, Pulmo vulpis & Ericij, per occultas qualitates.

Cor & Pulmo Anſeris ſylueſtris.

Caro Pſytaci ſiue Papagalli.

| | |
|---|---|
| Liquiritia | Capilli Veneris |

Compoſita calida ad Iuncturas.

| | |
|---|---|
| Oximel Iuliani | Oximel ſquilliticum |

Infrigidantia Iuncturas.

| | |
|---|---|
| Solatrum | Semperuiua |
| Lactuca | Endiuia |
| Mirtha | Muſtilago |
| Pſylij fortiter infrigidat | |
| Acetum | Aqua roſata |
| Opium | Bolus Armenus |

Compoſita

Compoſita ſunt quæ infrigidant Renes.

Sępius etiam fit cõmemoratio de quinq; radicibus, ſeminibus calidis & frigidis, & ne illa lateant, his prędictis adiunxi.

Radices quinq;
- Apij
- Fœniculi
- Petroſelini
- Bruſcij
- Spargij

Semina v. calida abſolute.
- Aniſi
- Fœniculi
- Ameos
- Carui
- Cimini

Alij
- Aniſi
- Fœniculi
- Petroſelini
- Bruſcij
- Spargij

Semina quinq; frigida maiora abſolute prolata,
- Melonum
- Cucumeris
- Cucurbitarum
- Citrullorum
- Peponum alij

Semina frigida minora.
- Lactucæ
- Portulacæ
- Scariolæ — Alij Endiuiæ
- Acetoſæ — Alij Plantaginis

# TRACTATVS TERTIVS DE DIEBVS CRITICIS IVXTA Doctrinam Aſtronomorum.

FInito Secundo Tractatu de principijs medicinæ, incipit in nomine ſtelliferi orbis cōditoris, Tractatus Tertius de diebus Criticis, iuxra præcepta Aſtronomorum, et ne ex ignotis fiet proceſſus, deliberaui ponere diffinitionem Criſis, ac eius diuiſionem, iuxta doctrinam Medicorū. Deinde regulas Aſtronomicales, ex quibus noſcatur an Criſis terminabitur in bonum uel malum. Poſtremū rationes dierum Criticorum, & quando incipiunt.

## CAPVT PRIMVM DE DIFFINITIONE & diuiſione Criſis

EST itaq; pro primo Criſis, repugnātia naturę & morbi, & ſi natura uincit morbum, Criſis laudabilis dicitur, ſi uero morbus naturā uincit, mala et pernicioſa. Criſis erit, uel eſt furioſa conſumptio ęgritudinis, in qua aduenit magnus labor & anxietas infirmo. Et hoc eſt q̄d dicit Auicenna ſecūda quarti. Criſis eſt alteratio ſubito facta, aut ad latus ſanitatis, aut ad latus mortis, & habet Criſis tres partes, Prima in qua natura materiā morbi ſeparat & cōmouet ſeparādo nocitiuum à iuuatiuo, & deriuādo nocitiuum uerſus loca expulſionis ad extra corpus uel uerſus aliquod membrū, uel mēbra uilia corporis, & uocatur hæc pars commotio antecedens. Secunda pars eſt illa in qua euacuat & extra corpus expellit ipſum nociuum quod iam ſeparatum eſt, & directum ad loca expulſionis, & dicitur euacuatio. Tertia pars eſt ſubito adueniens alteratio ad ſalutem uel ad mortem, & ſic accipiendo Criſim, complectitur illas tres partes. Sed proprie accipiendo Criſim, ipſa

ſim, ipſa ſolum eſt alteratio ſubito facta, aut ad latus ſanitatis aut ad latus mortis.

Et præterea pro ſecundo duplex Criſis, ſimplex ſcilicet, & compoſita.

Simplex, quæ celeriter ad ſalutem, uel celeriter ad mortem fit, uel paulatim ad ſalutem, uel paulatim ad mortem.

Compoſita, eſt quando morbus diſſoluitur diminute, ſed poſtea completur cum diſſolutione ad bonũ uel malũ. Et hæc Criſis bipartitur. Vna, in qua fit magna alteratio ad ſalutem in primis, deinde paulatim completur donec ſanetur æger.

Secunda, in qua fit magna alteratio, in primis ad mortẽ dein de paulatim completur donec moritur, & in bona Criſi & lau dabili neceſſe eſt coctionem præcedere & poſtea diuidere, dein de expellere, uti habetur in cõmento xxij. Aphoriſmo. Quarte particulæ. Et ideo Criſis nunq̃ fit in principio, neq̃ in augmẽ to morbi uniuerſalis, nec etiam fit in declinatione uniuerſali ſalubris morbi, quia quando cõmotio fit in materia, accidẽtia intenduntur, cum autem accidentia ſunt intenſa, non eſt decli natio, ideo in declinatione accidentia ſunt remiſſa.

Criſis autem ſumpta pro euacuatione in morbo ſalubri, po teſt in ſtatu incipere poſt cõmotionem materiæ & nociui ſepa rationem, & eius directionem ad loca expulſionis, & hoc erit in fine ipſius ſtatus, & hoc eſt quod dicit Galenus tertio libro Criſium. Melior Criſis eſt in hora ſtatus ægritudinis.

## CAPVT SECVNDVM DE CAVSIS Criſium.

HAbet namq; Criſis ipſa duplices cauſas, generales & parti culares. Generales ſunt pugna quæ fit inter naturam & morbum, unde natura mouetur ad oppugnãdum morbum & eius cauſas, & econtra morbus naturã. Et motus iſte fit a' na tura tanq̃ a' principali agente, adiuta influẽtia cœleſti, nõ aũt a' morbo, aliquando tamen efficit natura Criſim, non adiuta cœleſti influentia, ſed ſolum ſtimulata. Cauſæ autẽ particula

res Criſis euacuationis ſunt uirtus fortis ſuper materiam dominans ei ſecundum totum aut ſecundum plurimam eius partem. & materia morbi uirtutis irritatiuę, & aſpectus corporũ cœleſtium. Criſis autem deriuationis cauſæ ſunt uirtus fortis non quidem ſimpliciter, quia uirtus ſimpliciter fortis, qualis eſt in Criſi euacuationis, nõ ſeruat materiam intra corpus ſed extra corpus expellit & euacuat, ſed dicitur fortis in comparatione ad uirtutem quæ in pungna ex toto ſuccumbit, impotẽs euacuare materiam aut permutare eam, quę dicitur ſimpliciter debilis, ita quod poteſt dici media inter uirtutẽ ſimpliciter fortem & ſimpliciter debilem, & materia mala non tamen multũ ſtimulatiua uirtutis, obediens tamen ei, ut ab ea ad extra corpus expellatur, & cum his aſpectus corporum cœleſtium. Veruntamen prędictæ Criſis ſpecies debilitantur ſecundum fortitudinem & debilitatem uirtutis & cœleſtis aſpectus, & ſecundum obedientiam naturæ et eius rebellionem ad materiæ multitudinem & paucitatem. Et Criſis in quantum Criſis pluries terminatur ad ſalutem ꝙ mortem, & per prius attinet ſanitati quam morti. Ratio huius, quia Criſis in ſe defectus eſt naturę naturaliter operantis propter finem quæ ſic operans, non tentat cõmouere materiam, nec ſeparare nociuum à iuuatiuo, niſi materia digeſta ſuper quam digeſta uictorioſa, ut in plurimum eſt, & hoc raro fallit Criſi exiſtente completa.

In febribus autem peſtilentialibus, aut ubi eſt materia multũ maligna ut in plurimum Criſis eſt ad mortem quia materiam ualde malignam uirtus ſuperare nequit.

Et Criſis facta per euacuationẽ naturę, melior eſt facta per permutationem materiæ, quia fit à fortiori uirtute, & de materia magis obedienti naturæ, & meliori cum tollerantia infirmi, necꝫ timetur ex ea euentus lęſionis malę alicui membro ſicut timetur in Criſi permutationis.

Et attenduntur dies Cretici in morbis Chronicis & acutis & dies qui numerantur in Chronicis, inſequuntur motum Solis &

lis, & qui in acutis imittantur motum Lunę. Nam hij Planetæ manifeſtius immutant corpora inferiora ſuis motibus lumine & influentia in ſignis duodecim Zodiaci, ſed magis Luna ob ſui propinquitatē ad nos, unde magis poteſt inprimere in corpora noſtra. Nam dicit Galenus tertio, de diebus Criticis. Luna ſignificat ſuper dies qualiter erit diſpoſitio hominis in eis in ægritudine ſua, & in ſanitate ſua, nam ſi applicentur Lunæ ſtellæ Erraticæ, fortunatæ erunt illi dies homini conuenientes dies & terminatur Criſis ut plurimum in bonum.

Et ſi ei applicentur ſtellæ infortunatæ, erunt illi dies homini, dies læſionis & triſticiæ, terminabiturq; Criſis in malum. Ponit de hoc Galenus exemplum, quod cum homo naſcitur, & fortuna reperitur in Ariete, & infortunium in Tauro, tunc homo iſte proculdubio, quādo Luna eſt in Ariete aut in Cancro uel in Libra, aut Capricorno, diſpoſitionē habebit bonā.

Sed quando eſt in Tauro aut in ſignis quadratis à Tauro aut in ſigno oppoſito, ſicuti ſunt Leo, Scorpio, Aquarius, tūc diſpoſitio eius erit mala, & ægritudines illius hominis quæ ei accident.

Luna in Tauro, Lęone, Scorpione, aut in Aquario exiſtente ſunt deteriores ægritudinum eius. Et illæ ægritudines, quarū inicium eſt, dum Luna mouetur in Ariete, Cancro, Libra, aut Capricorno, ſunt ſaluiores ægritudinum eius & digniores ut euadeat ex eis. Dicit & Galenus. Nos inuenimus quod omnium quæ accidunt in numero dierum in omnibus rebus cauſa non eſt, niſi Luna.

## CAPVT TERTIVM, DE MOTIBVS.

QVod motus Criticus procedit ex influxu ſuperiorem, tali deducetur probatiōe. Nam quicquid adhęret uni, una uiæ & ordine uno, adhęret illi per cauſam & principiū omnis mutationis & motus, & uariationis & alterationis, quæ ſunt & fiunt in omnibus inferioribus. Tale autem principiū et cauſa eſt motus corporum ſuperiorum, octauo Phiſicorum & primo Metheororum. Sed motus Criticus, adhęret uni uiæ & ordini uno, ut patet per experientiam, quare hoc prouenit ex motu ſuperiorum, & ex influxu eorū, præcipue Solis & Lunę. Sicuti enim Sol mutationes operatur per motum ſuum in quatuor quadris circuli ſignorum in ægritudinibus Chronicis, ita Luna in acutis mutationes efficit per motū eius, per quatuor quadras ſignorum Zodiaci, cum in illis mouetur. Et per quadras ſolis diſtinguūtur quatuor anni tempora ſecundum quæ aer diuerſimode alteratur proceſſu ſolis. Et hinc fit quod ægritudo quæ incipit in Hyeme, terminatur in æſtate, & quæ fit in Vere, terminatur in Autumno. Et qualibet harum quartarum moueantur in corporibus hominum humores, ſuis qualitatibus qualitate aeris illius quartę proportionales, unde ſanguis qui eſt temperatus cum declinatione ad calidum & humidum complexione Veris proporcionatur & mouetur. Et Cholera in ęſtate, melancholia in autumno, & phlegma in Hyeme.

Lunæ autem motus mouet humores dupliciter, motu uidelicet Generali & cōmuni, ſecundum quod Luna in lumine augmentatur et diminuitur, creſcente enim in lumine, creſcit omne humidum, in aqua, animalibus, arboribus. Et ſic humores & humiditates in corporibus hominum, uſq; ad plenilunium augmentātur, & Luna decreſcente, decreſcunt & minuuntur. Motu aūt ſpeciali & proprio, mouetur Luna per duodecim ſigna Zodiaci, in quibus quatuor efficit quadras diuerſificatas qualitatibus & figuris ipſius lunę, & illis in quadris mouetur

humor

humor qualitatibus illius quadræ ꝓportionalis, unde dicũt in prima moueri ſanguinem, in ſecunda cholerã, in tertia melancholiam, in quarta phlegma. Verũtamen ſol & luna, reliquiq; planetæ, atq; ſtellæ fixæ, diuerſimode operantur faciendo Criſim. Sol enim proprie operatur per mutationem aeris manifeſtam, per quam terminat morbos longos, ꝑ motum aũt eius in circulo ſignorum tranſeundo ad loca oppoſita, per occultam proprietatem nihil habet efficere in Criſi, uel ſi habet, modicũ eſt, attamen ſol per operationem quæ eſt per modum fortunij uel diffortunij habet efficere Criſim, ſicuti & quilibet alius planeta. Et ſic luna tribus operatur modis in terminatione morborum, ſcilicet per operationem manifeſtam mutando aerem, & per operationem quam habet tranſeundo per loca oppoſita per zodiacum, & operationem ſecundam, quã eſt fortuna uel infortuna, hoc eſt, per quam fortunatur uel infortunium patietur. Sol autem de *iſtis* operationibus ſolum habet primã & tertiam. Reliqui aũt planetæ & ſtellæ fixæ habent ſolum & principaliter tertiam operationem, ſecundum fortunium & diffortuniũ, aliquid tamen operant̃ per primam operationem, qm̃ per aſpectum quẽ habent ad ſolem in determinatis locis iuuãt ſolem in faciendo aẽrem calidiorem uel frigidiorem.

## CAPVT QVARTVM DE DISTINCTIONE dierum Creticorum, iuxta Medicos, & quomodo a motu Lunæ ſumantur.

DIſtinguunt & Medici dies Creticos trifariam. Vocant nanq; aliquos radicales, aliquos indicatiuos, & aliquos intercidentes. Et ſunt intercidentes dies, in quibus contingit fieri Criſim ſolum per irritationem naturæ contra materiam morbi, qua irritata inſurgit ad expellendum eum, & hi dies ſolum in morbis acutis & peracutis & perperacutis attendunt̃, quia ſolum iſtorum morborũ materia talis eſt quæ poteſt ſtimulare naturam, ſicut moueatur ad expulſionem eius nõ ex-

pectata natura ſuperiorũ, quia talis materia eſt cholerica, cuius eſt mouere de tertio in tertium, & ſic de tertio in tertiũ ſtimulare naturam. Et ideo hi dies per ternarium cũ replicatione tertiæ diei computantur, eſt enim eorum computatio talis 1.2.3.4.5. & iterum 5.6.7. & ſic deinceps uſq; ad 14. diem. Vocantur & hi dies a raſi decimonono continentis, Cretici mendoſi, de quibus dixit, cadentes in medio, intelligũtur eſſe illi qui non ſunt ſeptimi nec quarti. Et Criſis in morbis acutis, ut plurimum fit, in diebus intercidentibus.

Dies indicatiui, Sunt dies in quibus uidentur ueſtigia, quæ ſunt ſignificationes alterationis materię, id eſt, digeſtionis uel indigeſtionis, aut ſunt dies ſignificantes uictoriam unius duarum altricantium, ſcilicet uirtutis & morbi.

Et ſunt dies Indicatiui qui currunt per quaternarium numerum reſultantes per diuiſionem ſeptimanæ, ſiue quadraturæ lunæ in duas partes.

Et ſunt in quolibet menſe lunari, quatuor ſcilicet 4.11.17.24. & procedunt hi dies per quaternarium ſemper cum replicatione quarti, præterq; in ſecundo quaternario cuiuſlibet uigenarij numeri, unde dies ſeptimus, qui eſt dies ſecũdus quartus primæ uigenæ, non replicatur, computantur ergo ſic, 1.2.3.4.4.5.6.7. & ſeptimus dies nõ replicatur, & incipit tertius quaternarius in dies octo, & computatur ſic, 8.9.10.11. & iterum, 11.12.13.14. & ſic deinceps, 14.15.16.17. & iterum, 17.18.19.20. & ſic computandum eſt in alijs numeris uigenarijs, ut, 21.22.23.24. & iterum 24.25.26.27. & ſic conſequenter uſq; ad ultimum uigenarium, qui eſt 120. dies, & iterum non replicando 27. ſed incipiendo a 28.29.30.31.

Dies Criticæ radicales, qui currunt per ſeptenas, ſunt quatuor in menſe, ſcilicet, 7.14.20.27. & computantur ſic. Nam quolibet uigenario numero dẽtur tres ſeptimanæ, & primus ſeptenus numerus, ſiue prima ſeptimana non replicatur cum prima die ſecundæ ſeptimanæ, ſed diſiunctim numerantur,

ſed

ſed ſecundus ſeptimus dies, qui eſt finis ſecundæ ſeptimanæ replicatur in tertia ſeptimana, & fit principium eius, & computantur ſic ſeptimanæ,1,2.3.4.5.6.7.& poſtea,8.9.10.11.12.13.14.poſtea replicando,14.15.16.17.18.19.20.

Et ſimiliter computantur reliqui uigenarij numeri qui uocantur a Medicis Periodi uniuerſales in Criſibus, ſiue diebus Criticis, & computantur ſic, primi terminus eſt 20. & ſecundæ terminus eſt dies 40. & tertij dies 60. quarti dies 80. quinti, dies 100. ultimi dies 120.

De his diebus radicalibus dixit Auicenna, quod impreſſio lunæ, quæ ſuper dies Criticos fit, fit uehementior, quando luna eſt ſecundum diſpoſitionem oppoſitionis eius in qua fuit hoc eſt, quando fuerit in oppoſitione ſeu plenilunio ſolis.

Deinde ſecundum quadrationem, hoc eſt, quando fuerit in quarto aſpectu Solis, & hoc per diuiſionem reuolutionis Lunæ ad medietatem, deinde ad medietatem medietatis.

Et ſic Auicenna tetigit duos aſpectus lunæ, ad principium in quo fuit, qui ambo ſunt aſpectus inimicitiæ ad inchoatum morbum, & ideo iuuant naturam contra morbum.

Et primus aſpectus eſt oppoſitio. Fit quando luna deueuiet motu ſuo ad ſignum quod opponitur in zodiaco ſigno ſuo in quo fuit hora inceptionis ægritudinis, ut ſi fuerit luna in Ariete, oppoſitum ſignum eſt Libra.

Si in Tauro, oppoſitum ſignum eſt Scorpio, uti habitum eſt in primo tractatu.

Secundus aſpectus medietas medietatis, uocatur aſpectus quartus, & eſt quando Luna peragrauerit a puncto ſeu ſigno in quo fuit inceptio morbi tria ſigna, ut cum fuerit in Cancro, & peruenerit ad libram, tunc perfecit quadraturam circuli ſignorum, ſeu quartum aſpectum, & hic minoris maliciæ cenſebitur quàm Oppoſitio.



Et in oppoſitione, Luna eſt ple=na lumine. In quadratura ſemi=plena, ut ſic.



Oppoſitio

Habet & luna duos alios aſpectus, ad id in quo fuit in principio morbi, quorum unus uocatur Sextilis, & eſt quãdo luna peraget ſextam partem circuli, hoc eſt, duo ſigna, ut cũ fuerit in Ariete & puenerit ad geminos, dicitur eſſe in aſpectu ſextili ad ſi=gnum Arietis, & dicitur aſpectus amicitiæ im=perfectæ, & tũc luna eſt ſimilis nauiculæ, ut ſic.



Alter aſpectus uocatur Trinus, quando Luna peragrauerit quatuor ſignã, & hic uocatur a=ſpectus perfectæ amicitiæ, & in hoc aſpectu lu na eſt gibboſa, ut ſic.



Et in ultimis duobus aſpectibus, quantum eſt ratione di=ſpoſitionis Lunæ non fit Criſis, & ideo non ſunt in eis dies Cretici, & ſi aliquando in eis fit Criſis, illud erit ex diſpoſi=tione morbi & non lunæ.

Quidam autem dicunt, ꝙ luna peragrando ſigna zodiaci, recipit a ſole octo uarietates figurarum, quarum quatuor reci=pit in ſuo aſcenſu uerſus oriens, & quatuor in ſuo deſcẽſu uer ſus occidens, & hoc in parte qua illuminatur a ſole. Et hoc eſt quando luna diſtat a ſole 45. gradus, hoc eſt, ſignum cum di=midio, quæ dicitur figura nauicularis, quam recipit quarta die, unde poſuerunt quartam diem Creticum.

Et ſecunda eſt quãdo diſtat a ſole nonaginta gradibus, hoc

eſt

eſt tria ſigna,'dicitur iſta figura quadrata,quæ aduenit ei cum eſt media, quam recipit in ſeptima die, unde hunc diem pro Cretico poſuerunt. Et tertia eſt cum diſtat à Sole per 136. gradus, hoc eſt,per quatuor ſigna cum dimidio,& dicitur hæc figura gibboſa,quam recipit xi. die. Et quarta eſt cũ diſtat a' ſole 180. gradus, hoc eſt, per ſex ſigna, & dicitur hæc figura plena,quam recipit xiiij. die, ob hoc dies xiiij. Creticus dicitur.

Quintam uero figuram, quę eſt prima,de figura deſcenſus recipit xvij. die. Et ſextã ſiue ſecũdam deſcenſus recipit in xx. die. Et ſeptimã ſiue tertiam deſcenſus recipit xxiiij. die, & ultimam figurã in xxvij. die. Cum aũt luna recipit primã et quintam figurã de prædictis, dicitur eſſe in aſpectu Sextili. Et cum recipit ſecundã & ſextam, eſt in aſpectu quarto, & cum recipit tertiam & ſeptimam, eſt in aſpectu trino, & cum recipit quartã, eſt in aſpectu oppoſitionis, & cum recipit octauam, eſt in coniunctione, quia coniungitur Soli, ut patet in figura ſequenti. Et Luna cum eſt in aſpectu trino aut ſextili dextro & ſiniſtro, non cauſat diem Creticam, ut antea dictum eſt.



## CAPVT QVINTVM DE DIEBVS CRITICIS, ſecundum Aſtronomos, prope ueritatem.

AD inuen.endũ autem leuiſſime dies Criticos, puto vij. xiiij xx. xxvij. uideas in principio ægritudinis, in quo ſigno & gradu ſit Luna. Et adde ſuper locum eius pro 7. die 90. gradus, pro 14. die 180. gradus, ad diem 20. ſeu 21. adde gradus 270. Ad diem 28. adde 360. gradus & habebis locum Lunæ ad diem Criticam inchoando computationem ſignorum a ſigno in quo fuerit Luna in principio ægritudinis. Exempli gracia. Euaſit aliquem ægritudo, Luna exiſtente in decimo gradu Arietis, uolui habere primum diem Criticum, hoc eſt ſeptimum, addidi ad locum Lunæ 90. gradus, hoc eſt ad duocimum gradum Arietis, prouenire 100. gradus, qui faciunt 3. ſigna 10. gradus, dando cuilibet ſigno 30. gradus, modo cum numerantur tria ſigna duodecim gradus ab Ariete, perueniet Luna ad 12. gradum ſigni Cancri, ſeptima die a die inchoationis ægritudinis. Sed ad inueniendum 14. diem, addidi ad locum Lunæ die inchoationis morbi uidelicet, ad decimũ gradum Arietis 180. gradus, & uenerunt 190. gradus qui faciunt ſex ſigna 10. gradus, modo numerando 6. ſigna 10. gradus ab Ariete, prouenit Luna 14. die ad 10. gradum ſigni Libræ & ſic de alijs. Et ſi Luna fuerit bene diſpoſita in aliquo illorum dierum Criticorum alleuiabitur, tunc infirmus & melius ſibi erit & terminabitur Criſis ad bonum, niſi mali impediant corporaliter, uel per oppoſtionem aut quartũ aſpectũ ſine receptiõe.

Sed ſi in aliquo illorũ dierum fuerit impedita & male diſpoſita a Saturno uel Marte, tũc aggrauabitur infirmus, & male ſe habebit, & maxime ſi fuerit tunc in coniunctione domini ſextę domus hora inuaſionis ægritudinis ſeu natiuitatis ęgrotantis, quoniam ſi ſic dubitabitur de infirmo.

Si uero fuerit ille malus impediens dominus octauæ, tunc infirmus morietur.

Conſyderantur etiam alij dies, præter Criticos in infirmitatibus

tibus, ſi Luna fuerit iuncta alicui bono planetę in illo die alle uiabiť infirmus, & ſalubrius erit ei, & ex hoc fit quod aliquã do ſuperuenerit Criſis infirmo ad bonum, in die qua non ſuſ picabitur nec uidetur debere fieri. Et quãdo Luna in aliquo die peruenerit ad malos per coniunctionem, oppoſitionem, aut quadraturã, aggrauabitur, magis infirmus, & ſi uenerit Criſis erit potius ad nocumentum quã ſalutem, unde ſæpius decipiuntur Medici ignorantes Aſtronomiam, quia aliter iu dicant Criſim quam euentura ſit, non aduertentes applicati= onem Lunæ ad planetas. Quare qui recte iudicare Criſim uo luerit, bene examinet uerum locum Lunæ, in longitudine & latitudine, in uelocitate & tarditate, nam ſecundum hos mo= tus uariantur Criſes ægrotantis. Luna enim cum eſt in aſpe= ctu quarto ad locum ſuum in quo fuit in principio ægritudi= nis mouet Criſim, & hoc communiter fit in ſeptima die a prin cipio ægritudinis, quoniam tunc Luna peruenit ad ſignum cõ trariũ ſigno in quo erat in principio morbi, ut ponamus Lu nam fuiſſe in principio morbi in Ariete, & quãdo peruenerit ad quartum aſpectũ, hoc eſt ad Cancrum, tunc generabit Cri= ſim, eo quod Aries eſt calidũ & ſiccum ſignum & Cancer fri= gidum & humidum quæ ſunt qualitates contrarie. Et quar= ta decima die communiter peruenit ad oppoſium ſignũ, unde & dies quartadecima Cretica appellatur. De hinc uigeſima ſeu uigeſima prima die Luna attinget aſpectũ quartum ſecun dum. Sed die 27. uel 28. reuertitur Luna ad ſignum & locum in quo fuit in principio ægritudinis. Eſt & diei quartæ quæ= dam ſimilituto ad diem Creticam, ſimiliter 11. & 17. Et ſci= to quod motus Lunæ diuerſificatur propter diſtantiam zenit circuli eius a centro terræ, & propter motum quem habet in Epiciclo, hinc eſt quod in aliquo die mouetur luna 15. gradus in alio 13. & quandoq; minus 13. Cum ergo luna uelox curſu fuerit, peruenit ad aſpectũ quartum poſt ſex dies a principio ægritudinis cũ aliquibus horis cõputando ab hora decubitus ægri in lectum uſq; ad conſimilem horam.

Quod ſi Luna tarda fuerit, non peruenit ad quartum aſpectum uſq; ad vij. dies perfectos & dimidium fere, & erit hoc ſecundum communem computationem hominum nona die, tūc enim peruenit Luna ad quartum eius aſpectum, propter quod dixerunt multi diem nonum Criticum fore. Si autem Luna fuerit in curſu mediocri, peruenit ad quartum, ante ſeptimum diem, completum quinq; horis fere. Conueniens autem eſt oppoſitum aſpectum eſſe in die xiiij. Sic ſimili modo propter motū mediocrem, conuenit diem Criſis eſſe die xx. aut xxi. Cōſimilis ratio eſt de die xxvij. aut xxviij. Dies etiam quintus interdū Criticat cum in aſpectu ſextili Luna fuerit, ad locum ſuum in quo fuit in principio ægritudinis. Item xi. die erit quandoq; luna in aſpectu Trino, ſi fuerit curſu tarda. Conſimiliter & die ix ſi uelox.

Ex his manifeſte apparet, quod hij multum errant, qui dicūt vij. xiiij. xx. xxvij. dies ſemper fore criticos, cum critici dies ſecundum diuerſum Lunæ motum uariantur, ut dictum eſt.

## CAPVT SEXTVM VIA CERTA CRITICOS DOCET INVENIRE DIES.

SI autem ad amuſſim Criticos dies inueſtigare uolueris, conſydera ſignum & gradū, in quo luna tempore decubitus in lectum, aut quādo morbus ſenſibiliter inuaſit hominē, fuerit. Dehinc quando motu ſuo peruenerit ad ſignū tertium à ſigno ſuo in quo ſteterat hora inuaſionis ęgritudinis, et ad ſignū quartū, ad quintū, ad ſeptimū, ad nonū, decimū, & undecimū, tunc incitabitur natura contra morbum, & cauſabit Criſim, & hoc maxime, in quarto, quinto, ſeptimo, & decimo ſigno.

Exempli gratia. Ponamus aliquem decubuiſſe in lectum, ratione ægritudinis, ſexta die Martij in meridie peragrāte Luna xxv. gradum, tertium minutum Geminorum, modo cum peruenerit ad ſextilem aſpectum, hoc eſt, ad tertium ſignū ſcilicet ad Leonem, quod fit quarta die à die inuaſionis morbi, tunc natura aliqualiter concitabit morbum, & indicat quid

futurum

futurũ ſit in die ſeptima, unde & medici hunc diem nunctiatiuum ſeu indicatiuũ dixere, & præſignabit Criſis poſt meri diem illius diei circa horam undecimã, ubi tunc luna perueni et ad 25. gradum tertium minutum fere Leonis Cum autem luna peruenerit ad quartũ aſpectum, hoc eſt ad Virginẽ 25. gradũ. 3. minutũ, quod fit ſeptima die ab hora inuaſiõis ægri tudinis poſt meridiem hora tertia, tunc Criticabit. Sed ſi attin get aſpectum Trinum, hoc eſt, libram, quod fit nona die, tunc nunciabit quid futurum ſit in die oppoſitionis, ſeu in quarta decima die. In oppoſito uero ſigno Sagittario, cum morabit, hoc eſt, quartadecima a die inchoatiõis morbi, cõcitabit maxi me naturam contra morbum, unde & in hoc exemplo 14. dies Critica dies dicetur, Et ſic de alijs aſpectibus exemplificandũ erit, puto de Trino, Quarto et ſextili dextro uti in ſequenti fi gura edoceberis.

Geminorum 25. gradum 3. minutũ principium ægritudinis ſexta die Marcij in meridie, in hora duodecima ✶ ♌ 25. gͦ 3. minut. dies 4. Criſis poſt meridiem circa horam fere undeci mam eſt magis nunciatiuus.

□ ♍ 25 gͦ 3. min. dies ſeptima Critica & incipit criſis ante meridiẽ tribus horis ubi luna peruenerit ad 25. gra. Virgine.

△ ♎. 25. grad. 3. min. nona die poſt meridiẽ, hora fere octa ua ubi luna pertingit 25. gra. libræ, & plus indicatiua quã Cri tica.

☍ ♐ 25, gra. 3. min. eſt 14 dies Critica poſt meri diem hora fere octaua.

△ ♒ 25. gra. 3. min. Indicatiua 19. die poſt meridiem circa horam fere primam, quandoq; Criticat.

□ ♓ 25. gra. 3. min. Critica die 21. ab hora inchoationis mor bi, & criticat poſt meridiem 15. horas.

✶ ♈ 25. grad. 3. min. die poſt meridiem hora ſeptima fere dehinc progreditur luna iterum ad ſignum Geminorum, die ſecunda Aprilis.

Et hij aſpectus menſis in ſequenti habentur figura.




Si hoc exemplũ bene in memoriã imprimas, poteris facillime ꝑnoſticare qſcunq; dies Criticos, ſi hora decubitus ęgri in lectum, aut hora quãdo ipſum primũ iuaſerit ægritudo, tibi cognita fuerit aut qñ ęgritudo enormit bominẽ inuaſerit, ita qd omnino ſe uiribus deſtitutum ſentiet.

## CAPVT SEPTIMVM DOCET ALIQVOT Regulas, quibus noſcitur aut Criſis aut ægritudo terminabitur in bonum uel malum.

PRima regula. Si luna ꝑuenerit ad aſpectũ △ aut ☍ ſine cõiunctione aut aſpectu alicuius planetę, & fuerit ĩ domo ſua aut exaltatione eius, eſt dimidiũ ſignum boni. Econuerſo autem ſi fuerit in caſu ſuo, aut in oppoſito domus ſuæ.

Secũda. Si fuerit Luna in prĩcipio ægritudinis ſine aſpectu planetarũ, & ĩ die criſis cõperit in aſpectu bono uel malo malorũ planetarum aut bonorũ, renouabitur ſuper ægrum res bona uel mala ſecundum naturã ſtellæ quę in cor nõ aſcendebat

Tertia. Si eclipſim patietur luna cũ peruenerit ad quartum aſpectũ eius in principio ægritudinis, aut ad oppoſitũ hoc eſt, ſigum malũ. Similiter dicẽdum eſt de Eclypſi Solis forte pro(longabit infirmitas.

Quarta. Luna ſi fuerit in principio ægritudinis in aſpectu planetæ, ſub radijs ſolis nõ iudices niſi ac ſi nullus eſſet aſpectus, & hoc ſiliter in diebus Criſis, niſi Saturnus aut Iupiter orientales eſſent, & inter eos ſex gradus aut plus, qm̃ tũc dimidiũ teſtimoniũ hñt. Si aũt inter Martem & Solẽ minus fuerit 10. gradibus, & Mars orientalis teſti-

monium

moniũ eius malũ. Si ultra hoc fuerit uſq; ad 15. grad. teſtimonium dimidiũ erit, Mars aũt cũ Saturno & Ioue poſt 15. grad. teſtimoniũ eorũ uerũ & firmũ eſt ſi fuerint orientales. Sed ſi hi tres fuerit occidentales, & inter ipſos & ſolem 15. grad. teſtimoniũ eorꝫ malũ. In Venere autẽ & Mercu. cõſydera ſi ſint oriẽtales minus 15. gradibus, teſtimoniũ eorꝫ malum eſt. Et ſi Venus fuerit occidentalis, & inter eã & Solem 10. gradus, mediũ indicat teſtimonium, & ſi habuerit latitudinẽ ſeptentrionalem, teſtimonium eius eſt firmũ. Si inter Mercuriũ & Solẽ 12. fuerint gradus, teſtimonium eius erit mediocre, & ſi latitudo eius ſeptentrionalis fuerit, teſtimoniũ eius eſt firmũ.

Quinta regula. Conſyderandum eſt quando peruenerit luna ad gradum qui in longitudine ſimilis eſt gradui loci ſui, in longitudine uidelicet lunæ, quæ aſt a coniunctione duorꝫ circulorum a punctis æquinoctialibus, ut ariete uel libra, aut a punctis ſolſtitialibus, ut a cancro & capricorno, ſicuti eſt 10. gradus piſcium, & 20. arietis, & principium Virginis, & finis arietis, & 6. ♑ cum 20. ♊. uel gradus qui aſſimilantur in diuerſitate dierum cum noctibus ſuis, ſicut 20. ♐. cum 10. cancri. Et ſi luna ſit in aſpectu bono uel malo, quando fuerit in gradibus ſibi aſſimilantibus ſecundum uiam prędictam, tunc reuocabitur ſuper ægrum res quæ in cor medici non aſcendebat, ſiue quam non ſuſpicabatur.

Sexta regula. Quando ſignũ aſcendẽs in principio ægritudinis, fuerit principiũ arietis uel libræ, & luna fuerit in angulo, criſes erũt firmę & certę ſine ſuſpicione qñ luna ꝑuenit ad □. uel ☍ aſpectum. Septima regula. Si luna fuerit in principio ægritudinis in ſigno mobili, ſignificat uelocitatem in rebus ægri, in bono uel malo. In fixis ꝓlongationem ægritudinis. In cõibus tranſibit æger de ęgritudine in ægritudinẽ.

Octaua regula. Si luna fuerit in principio morbi in ſigno æqualis naturæ cum infirmitate, malũ eſt, ſed ſi fuerit in ſigno contrariæ naturæ, infirmitati bonum eſt.

Nona. Coniunctio lunę cum ſole, eſt ſignũ malũ ualde, ſed

eſt peius ĩnt̃ Solẽ et Lu. minus 6 gradibus ſint, et luna ſolẽ nõ dũ attigerit, quod ſi iungant̃ in capite Arietis uel Leonis dimi nuet̃ de malo aliquãtulũ, ſi aũt fuerit g̃. 12. nõ eſt malũ ꝑfectũ Quod ſi ſignum in quo fuerint iuncti, ſit unum de ſignis lon garum aſcenſionum, ægerq́ꝫ remotus fuerit ſatis ab æquali li nea, diminuetur malum, & ſi ambo ſint in ſignis breuibus, hoc eſt malũ perfectum. Sed ſi luna fuerit iuncta Soli & cum ma lis ſtellis, hoc eſt malũ perfectũ, cũ bonis autẽ minuetur malũ.

Decima regula. Coniunctio lunę cũ Saturno malũ ſignifi cat, & prolongationem ægritudinis. Sed ſi Saturnus in motu tardus fuerit, augmẽtabitur malũ, ſi uelox, minuetur de malo ſi retrogradus fuerit, & ante oppoſitionem Solis curatur, ſed poſteą recidiuat. Si fuerit retrogradus poſt oppoſitionem So lis, minuetur de malo. Quod ſi Luna in hac coniunctione cũ Saturno uelox curſu fuerit, eſt ſignum malum, ſignificat enĩ prolixitatem & finem malum. Si fuerit tarda curſu, minuetur de malo, ſed ſi fuerit aucta lumine, modicũ nocebit Saturnus ſi autem fuerit lumine diminuta, hoc malum eſt ſupra malũ ſi Saturnus erit Orientalis a Sole, & ægritudo ſit ex frigidita te, minuetur malum. Sed ſi fuerit ægritudo ex caliditate, auge bitur malum ſuper malum. Si Saturnus fuerit Occidentalis a ſole, & ægritudo calida, minuetur malum, ſi autem ex frigidi tate fuerit, augebitur malum ſupra malum. Item ſi Saturnus fuerit in longitudine longiori, & ægritudo fuerit ex retẽtione ſeu reſtrictione augebitur malũ ſupra malum. Si uero fue rit in abſide ĩferiori, id eſt longitudine breuiori ſeu in oppoſi to augis minuetur de malo eius, ſi autem in loco inferiori fue rit, & fuerit ægritudo ex ſolutione uẽtris, addetur malũ ſupra malum, ſi uero in auge aut prope, minuetur de malo eius. Lu na iuncta planetæ retrogrado, ſignificat uomitum. & ſi Luna fuerit ĩ una domorum Saturni, minuetur de malo, niſi de tuſ ſi fuerit ægritudo, & cõſimilit̃ in ſigno Libræ, cõiũctio fuerit minuet̃ malũ, niſi fuerit poſt 21. g̃ ipſius, Luna ĩ aſpectu ſexti li cũ Satno nõ nocet, niſi fuerint ambo in ſignis lõgis, ſic Tri

nus aſpectus eius nõ nocet niſi ãbo fuerint in ſignis breuibus

Vndecima regula. Coniunctio Lunæ cum Ioue bonũ ſignum, & adhuc melius ſi nõ ſit dominus malę domus, reſpectu ſigni aſcendentis, in principio infirmitatis. Et ſi coniũctio fuerit in domo Iouis aut Lunæ, hoc eſt bonum ſupra bonum, et ſi coniuncti fuerint in Capricorno, minuetur de bono. Et ſi Iupiter retrogradus fuerit, minuetur de bono, dũmodo trãſierit oppoſitionem Solis, ſi uero non tranſierit, non remanebit de bonitate ſigni niſi parum. Quod ſi fuerit ægritudo ex frigiditate, plus ualeret Iupiter, ꝙ ſi fieret ex caliditate, & cõſimiliter, ſi in auge eſſet ſui parui circuli, uel ecentrici. ſecundũ quod iam de Saturno recitatum eſt. Magis autẽ ſe oſtendit fortitudo iouis in ægris, qui medietatem uitæ ſuæ tranſiuerint, quam in illis qui paucorum ſunt annorum ſane Iouis aſpectus oppoſitus & quartus, boni ſunt omnes niſi quod in eis ineſt parum laboris & laſſitudinis infirmi, ſed aſpectu trino & ſextili, nullus ſuperior eſt in bono.

Duodecima regula. Luna iuncta Marti ſignum malum ſi lumine diminuta fuerit minuetur de malo, et econuerſo, ſi fuerit aucta lumĩe, quia tunc dolor ſuper dolorem, ſi Mars fuerit poſt oppoſitionẽ Solis, minuetur de malo. Si uero fuerit in ea parte qua Sol eſt reſpectu parui circuli, hoc eſt ante oppoſitionem, hoc eſt ſignum malum. Si fuerit Mars in auge ſua uľ ꝓpe fueritꝙ ægritudo ex ſiccitate, ſignificat augmẽtum mali, ſed ſi fuerit in oppoſito augis, minuet de malo, ſi fuerit in loco infimo circuli ecentrici, & ægritudo ex humiditate malũ ſupra malum, ſi fuerit de ſiccitate minuetur de malo. Sextilis autem & Trinus aſpectus, bonũ præſagiunt, & ſi Luna fuerit in domo Martis, aut in eius exaltatione, minuetur de malo eius.

Tredecima regula. Si Luna iuncta fuerit Veneri, eſt ſicut dictum eſt de Ioue, & ſi æger Iuuenis fuerit aut mulier, melius eſt hoc ꝙ ſenex. Et ſi ægritudo fuerit ex caliditate magis ualebit Venus ꝙ Iupiter, ſi ex frigiditate, magis Iupiter ꝙ Venus.

Qartadecima regula. Si Luna iuncta fuerit cum Mercu-

tio non exiſtente ſub radijs Solis, aut inter illos ſit plus 12. gradibus, & Mercurius occidentalis, & ſunt iuncti in domo ſtellæ fortunatæ, ſignificat dimidium bonum. In domo uero ſtellæ infortunatæ, ſignificat dimidium malum, ſi in domo propria, ſignificas modicum bonum, ſed ſi fuerit in domo quæ opponitur ſuis domibus, ſignificat modicum mali. Aſpectus autem eius quartus, minus mali ſignificat ꝙ oppoſitus, & ſextilis modicum ſignificat boni, ſed trinus, magis bonum.

Quintadecima regula. Luna ſi fuerit in coniunctione cum Saturno & Ioue, conſydera quis eorum uincet alium, ſicut explanabo, nam ille qui circa locum augis fuerit, ſeu in longitudine longiori circuli ſui ecentrici aut prope, uincet illum qui circa lōgitudinē fuerit propiorē ſeu in oppoſito augis. Et hoc quidem ſcire poteris per centrum æquatum. Et ille qui propinquius fuerit longitudine longiori parui circuli, ſeu epicli, præualebit ille qui eſt propinquius longitudini propriori, & hoc quidem ſcire poteris ꝑ argumentum. Et ſi unus habuerit latitudinem ſeptentrionalem, & alius ſit in linea media ſeptētrionalis, præualebit, ſi ambo fuerint ſeptentrionales, ille q habuerit maiorem latitudinem prçualebit, ſi aūt unus fuerit in linea ſignorum, & alterius latitudo meridiana, ille qui in linea erit, prçualebit, ſi uero ambo fuerint meridiani, qui habuerit minorem latitudinem prçualebit. Et adhuc ille qui in domo ſua fuerit in exaltatione triplicitate termino aut facie, præualebit ille qui minor fuerit in dignitate. Et ſi præualuerit Saturnus in hac coniunctione, morietͬ æger, uerum tamen propter Iouem minus erit aliquantulum ægro in ægritudine ſua, & nō aggrauabitur nimis, ſuꝑ ipſum nihilominus timebit ſibi, ſed ſi præualuerit Iupiter, euadet infirmus, ſed hoc erit poſt grande periculum, & cogitationes moriendi ac timorem mortis.

Sedecima regula. Luna in oppoſitione Saturni & Iouis ualebit quidem æger, ſed non euadet, niſi fuerit Saturnus retrogradus & Iupiter directus.

Decimaſeptima. Luna cū Saturno & Marte, hoc minus eſt dimi-

dimidio ſigno mali,eo ꝙ alter alterius opera deſtruit & diſtur bat,quod ſi aſpexerit eos Iupiter aut Venus euadet æger,ſi autem luna fuerit cum Saturno & Marte aut Mercurio in oppoſitione aut quadratura,hoc malum eſt ægro.

Decimaoctaua. Omnes aſpectus Solis & Lunæ, ſunt boni uniuerſaliter, niſi aſpectus oppoſitus ab Aquario aut Libra,quoniam tunc minuctur ex bono.

Decimanona. Si luna iuncta fuerit Saturno & Soli, & ſit in eorum oppoſitione dimidium bonum ſignum,ſed ſi fuerit in aſpectu quarto,eſt prope dimidium bonum.

20.regula. Luna cū Saturno & in oppoſito ſolis, & Mars in quarto,nec bonū nec malū,ſimiliter ſi ſol fuerit cū Marte.

21.regula. Luna cum Marte & ſol in oppoſito, ſignū malum,ſi fuerit in quarto,medium ſignum mali. Et ſi luna fuerit cum Marte,plus prodeſt aſpectus Veneris ꝙ̃ Iouis, ſi autē fuerit cum Saturno,plus prodeſt aſpectus Iouis ꝙ̃ Veneris. Et quicquid dictum eſt de ſtellis erraticis, hoc intelligendū de ſtellis fixis,primi & ſecundi honoris, & ꝑcipue de his qui paruam habēt latitudinem,& ſunt circa Eclipticam, & in circulo ſignorꝝ,ſi enim luna iungit̃ his qui naturā habēt Iouis aut Veneris,bonum portendit,ſi naturā Saturni aut Martis,malū. Et ſi luna latitudinem ſeptentrionalem habuerit, magis manifeſtabit̃ opatio ſtellæ,ꝙ̃ ſi uerſus meridiem deuoluat̃, qm̃ tunc operatio ſtellæ occulta erit,& fere non apparebit.

22. regula. Si luna fuerit in principio ægritudinis iuncta alicui planetæ aut eius aſpectu,& qn̄ ꝑuenerit ad 4. eius aſpectum aut oppoſitum,& ſi tunc eo die talis planeta lunam aſpiciat,aut ei iungatur, ſicuti in principio coniunctione aut aſpectu,tunc criſis erit certa & firma in bono uel malo ſecundum naturā ſtellæ,& nō innouabit̃ ſup ægrū res quę benefaciet aut malefaciet ei,præterꝙ̃ ſecundū unā uiā uidelicet ſi non eſt ita, ꝙ illi ſtellæ luna coniungat̃ ꝑ aſpectū in die criſis, ſed aſpiciat aliam ſtellam,& ſi luna iungat̃ cum iſta, tunc innouabit̃ ſuper ægrum de bono uel malo res quæ in cor non aſcendebat.

# TRACTATVS QVARTVS HVIVS LIBELLI DE IVDICIO VRINE tam ſecundum Medicos, quàm Aſtronomos, Viſæ & non uiſæ, de qua primum agitur.

CVM primæue & principales cauſæ alterationis iſtorum inferiorū & efficientes, ſunt cœleſtiū corporū motus, uti uoluit Ptholomeus primo quadripartiti cum inquit, uim exiſtere in materia alathia, quæ ad terrenas peueniēs res eas mutare compellat imo cogit eaſdem res naturaliter mutabilitatē accipere, & ultimæ cauſæ abilitas materiæ ad ſuſcipiendū hunc motum cœleſtium corporū, neceſſe eſt ut inter primeuam cauſam, & hanc ultimam cōcurrant cauſæ intermediæ (cum ab extremo in extremū non itur niſi per medium) quæ materias diuerſis paſſiōibus adaptant, & , nunc cū Medici iudicium, maiori in parte in ſubiecta materia cōſiſtit, accipit quaſdā de hijs medijs cauſis tanquam ſibi primas, ueluti cōpoſitiones, complexiones, tempus, & id genus.

Aſtronimus uero, ſibi uſurpat ex his cauſis minus uſitatas & magis proprias, utpute agentes, uti eſt ſtatus & diſpoſitio ſignorum & ſtellarum & rerum complexiones. Et ſicut medicus per ſigna quæ ſunt, Sputum, Vrina, Pulſus, & habitus corporis exterior, de effectu pronoſticat, ſic Aſtronomi per cauſam mouētem præuiſione coniecturali effectum naturaliter antecedit, unde & eius cōſyderatio longe dignior eſt cum præſentia ſubiectæ materiæ principijs non indigeat medicinæ autem ſubiectum circa quod & per quod operatur tāgibile & uiſibile eſt, qua de cauſa antiq, & ptholomeus primo quadripartiti doctrinæ medicinali, aſtrorū ſcientiam adiunxerūt, ut utraque uia procedentes in eorū operationibus certiorem finem attingerent. Nam cum pręuiſa fuerit natura infirmitatis, & an proſit medicatio, & quo tempore, tūc demum utiliter & proficue

accedat

accedet medicus, & laudem ex opere promerebitur]. Et quoniam una medici conſyderatio circa urinę iudicium uerſatur deliberaui hoc ĩ tractatulo breuibus iuxta antiquorum Aſtronomorum pręcepta tradere. Primũ urinæ iudicium non uiſæ, dehinc breuibus iuxta medicorum intentionem de urina uiſa, & contentis urinæ. Et ante huius cognitionẽ, aliqua notanda ſunt. Et hic Tractatus duas habet partes. Prima docet iudicare urinam non uiſam, per ſeptem notabilia. Secunda eſt de Iudicio urinæ uiſæ, in quo occurrunt octo conſyderanda, ut patebit in ſequentibus.

Primo notandum. Quod aliquis tibi attulerit urinam petens ut aſpiciatur. Erigas, hora petitionis cœli figuram, imponasq; aſtra ſecundum ſitum eorum, qua erecta interrogas, ſi portator urinæ ſit is cuius ipſa urina eſt, aut ſi alius nullo ſanguine iunctus, ſed amicus uel rogatus, tunc da aſcendens domino urinæ, & quintam domum ab aſcendente, epati. Si autem portator urinæ fuerit frater ægrotantis, tertia domus ab oriente daſ domino urinæ, & quinta domus ab ea, quæ eſt ſeptima reſpectu orientis, erit locus epatis. Sed ſi portator urinę fuerit ſeruus, ſexta domus detur domino urinæ, & decima quæ eſt quinta a ſexta domo, detur epati. Si fuerit filius, detur quinta domino urinæ & nona Epati, & ſic de alijs.

Alij tamen aſtrorum indagatores, ſicuti Leopoldus & Abraham, dicunt. Si portator urinę fuerit ſeruus, detur domino urinæ decima, & ſecundam ab aſcendente quæ eſt quinta a decima epati. Experiaris utrunq; quod uerius comperies ſerua primus tamen modus magis rationabilis eſt.

Secundo notandum, his cognitis, quęrendus eſt dux ſeu almutes, hoc eſt planeta qui fortior fuerit præ dignitatibus eſſentialibus, loco Solis, Lunę, in oriente, in parte fortunæ, in loco præuentionis, nec non & in domibus cœli. Et planeta ratione ſuę domus, habet quinq; dignitates ſeu fortitudines. Ratione exaltationis qnatuor, ratione triplicitatis tres, ratione termini

duas, & faciei unam, ut dictum eſt in primo tractatulo. Fortitudines autem planetarum cōperies, octauo capite primi trac.

Exemplum huius fuit apportata urina, per fratrem domini Caroli de Monte Felici, hora qua, ut infra, firmamentum cum ſtellis mouebatur, uolui ſcire almuten, hoc eſt dominū. & fortiorem, hac hora aſpexi fortiorem in loco Solis, hoc eſt in 15 g Tauri, & in loco Lunæ, hoc eſt in 27. grad. Capricorni. & in oriente, quod hic cæpi pro tertia domo, ratione fratris aſportantis urinam ſcilicet 25. grad. Cancri. Et in parte fortunę, hoc eſt in 28. grad. Aquarij. & in loco preuentionis, qui fuit 9. gra. Tauri, nec non & fotiorem in domibus cœli. Et comperi Saturnum habere in omnibus his locis prædictis .18. dignitates Iouem 22. Martem 11. Solem 3. Venerem 21. Mercurium 5 Lunam demum 27. quare in hoc caſu dixi Lunam almutes, eo q̄d habuit maiores dignitates ſeu fortitudines.

Tertio notandum. Habito almutes, uideatur a quo ipſe ſeparatur, uel qnis ab eo ſeparatus fuerit, quia ſecūdum eius ſtatum erit ſanitas uel ægritudo domini urinæ, & ſecundū ſexū qui in ipſo uincit ſexus eiuſdem domini ægritudinis. Nam ſi planeta a quo ſeparatur Almutes etc̄. fuerit maſculinus, æger maſculus eſt, ſi femininus, femina eſt. Et planeta corrumpens Almuten eius morbi naturam, ſecundum domum ſuam quam melius aſpiciat, cauſam morbi manifeſtat, & locus almutē ſeu domus cœli, in qua ponitur Almutes morbi fundamentun patefacit. Nam ſi fuerit in aſcendente capitis, paſſionem ſuſtinet Si in ſecunda, in collo & gutture paciet, & ſic de alijs domibus

Exemplum huius. Aſpexi almutem lunam applicantem Marti, per quadraturam exiſtentem in ariete & in domo duo decima, & quia Mars in domo ſua ſatis bene diſpoſitus, quare infirmitates parum moleſtabunt dominum urinæ, quantū eſt ex parte Martis, ſed in hoc ꝙ Mars aſpicit aſcendens domini urinæ, ſcilicet tertiam domum, & Saturnus domum hanc ſuis radijs inficiet, præſignabit natū fore ſatis ægrum, & forte

patietur

patietur ob frigidatem & humiditatem. Et quia Saturnus corrumpit almutem, ſcilicet lunam oppoſito aſpectu in ſuo ſigno Capricorni, quod melius aſpiciat quàm Aquarium, quare indicat ægritudinem in cruribus circa genua a cauſa frigida & humida. Sed quia Saturnus reperitur in ſecunda domo quæ ſignificat collum, guttur, fiſtulas, glandulas, quare dixi & ipſum pati in his membris. Et quia Saturnus habet ſignificare Paralyſim, hydropiſim, uentris ſolutionem, podagram, dixi & dominum urinæ pati ex aliqua harum ægritudinum. Et propter almutes præſentiam in nona domo, dominus urinæ patietur in chimo epatis oppilationem, propter frigiditatem & humiditatem.

Quarto notandum. Quod Saturni domus ſignificat, ꝙ illud quod timetur erit per cauſam frigiditatis & humiditatis, ut fluxus uentris, phthiſis & præcipue ſi fuerit Capricornus, ſi Aquarius per cauſas frigiditatis & uentorum. Sed domus Iouis ſcilicet Sagittarius, per cauſam caloris & uentorum ut ſunt apoſtemata & ſimilia. Domus Martis, ut aries, plus erit hoc in capite, ſcorpio erit calor cum humiditate, & erunt paſſiones in partibus inferioribus.

Domus ſolis per cauſam caloris & ſiccitatis, & fortius ſi Sol infortunatus fuerit a Marte. Domus Veneris per cauſas medicinarum & uenenorum, & erit feſtiuum quod fiet, & ſi eſt Taurus, erit cauſa frigiditatis & ſiccitatis, & cauſa beſtiarum, & ſi eſt libra per calorem & humiditatem & ex parte dolorum gutturis, & præcipue ſi Venus eſt in Ariete.

Domus Mercurij, ut Gemini, per cauſam caloris & humiditatis & doloris epatis, phreneſis, & amiſſionē ſenſus, ſi Virgo per cauſam deſtructionis epatis, fellis, & uiſcerum.

Si fuerit domus lunæ per cauſam frigiditatis & humiditatis, & commiſce planetas lunæ aſſotiantes, & iudica ſecundū illud. Nam ſi planetæ aſſotiantes conueniunt prædictis certius erit iudicium, & cum his aſpectibus etiam obſeruentur.

Quinto notandum de almuten epatis. Almuten epatis ſic comperies. Conſpice quis de dominis quincꝫ loci epatis fortior fuerit, & ſunt hęc loca ſcilicet, locus epatis, qui ſemper eſt quinta domus, ut dictum eſt, locus Iouis, Martis, Veneris & locus partis epatis, quæ ſumit die nocteqꝫ a Ioue in Martē, & proijcitur a Venere, quo inuento, uideat a quo uel quis planetarum ab eo ſepararet, nam ſecūdum eius ſtatum, eſt ſtatus & tenor epatis, ſecundum eius uirtutem ſimiliter & ſtomachi. Quod ſi almutes epatis ſolidarius fuerit, ita ꝙ a nullo ſeparatur, uel nullus ab eo, tunc ſecundum ipſius naturam, & ſui loci portionem, iudica ſecundum conſiſtentiam totius corporis quam monſtrat almutes ſuper aſcendens, quod ſi bene percepiſti, electionem almutes aſcendentis, ſeu domini totius figuræ, intelliges & hæc ſine exemplo.

Et ſi bene examines fortitudinem planetarum, ſeu dignitates in locis epatis. Comperies. Saturnum habere 19. fortitudines. Iouem 26. Martem 14. Solem 11. Venerem 18. Mercurium 6. Lunam 10. In hoc caſu Iupiter preualet alijs in fortitudine, unde almutes ſuper locum epatis dicetur. Et Venus ſeparatur a Ioue ſextili comperta, cum cauda draconis, unde aliqualem in diſpoſitionē portendit epatis, gratia caliditatis & humiditatis, & hoc idem indicat dn̄s loci epatis Iupit̄ in ſigno calido & humido. Hæc tamen indiſpoſitio haud periculoſa erit, ob benignitatem aſpectus ſextilis, ſimiliter Iouis & Veneris.

Notandum ſexto, de contentis in urina.

Contenta in urina, iudicantur ſecundum conſiſtentiam epatis. Nam ſi uirtus contentiua ſeu retentiua fuerit claudicans, & expulſiua ſuper ipſam expellens accidit in urina contentū de humoribus, & ipſam nimis coctam apparere. Econuerſo autem ſi uirtus contentiua fuerit fortis, & expulſiua claudicans ſeu debilis, tenuior eſt urina, contentis carens. Si aūt digeſtiua uirtus eſtu exceſſerit innaturali, & ſeparatiua claudicat, erit urina liuida & turbida, Econtra aūt contingente, erit

urina

urina temperata in colore & in ſubſtantia limpida. Et iam dictum eſt in ſecundo tractatu quomodo uirtutes planetis attribuunt, & quicunq; iſtorũ planetarũ fortius in loco epatis ſe immiſcuerit, huius uirtus præualebit, ſi fortunatus fuerit naturaliter agit in natura, ſi infortunatus & corruptus, agit innaturaliter, ſed nullo iſtorũ aſpiciente domũ epatis, uirtus domini termini præualebit, ſic ergo fiet conſyderatio ut inter almutam aſcendentem, & almuten quintæ domus, & inter uirtutes fiat collatio, ut diſcretum p oïa procedat iudicium. Hæc autẽ curioſa inquiſitio magis edita eſt pro ſanis q̃ ægris.

Pro ægris enim locus epatis cũ admixtione almutã uel ſolus locus epatis ſi almutã caruerit uel planeta qui ĩ loco epatis eſt, & cum loci natura colorẽ & ſubſtantiã urinæ plene mõſtrat.

Septimo notandũ de colore & ſubſtantia urinæ magis in ſpeciali.

Coloris & ſubſtantiæ urinæ ſeries, magis quædã occurrit inquiſitio ſecundum quatuor triplicatum naturas, quæ quatuor humoribus naturaliter correſpondent, quia quantum eſt in natura ſignorũ ſignificatio eſſentiæ humorũ naturaliter immutata permanet, nam cõmixtio eorundẽ ad inuicem in facto ſeu ſuarũ qualitatũ inteſio ex planeta erit, qui erit in loco epatis, uel aſpexerit. Commixtio dico ſi loci fuerit particeps in facto, ſi teſtimonio caret. De triplicitatibus ignea correſpondet choleræ, aẽrea ſanguini, aquea phlegmate, terrea melancholiæ, & ſecundum hanc ſignorum eſſentiam humorum, eſſentia naturalis immutata permanet, ut dictum eſt.

Similiter Saturnus ducatum gerit melancholiæ, Iupiter ſanguinis, Mars cum Sole choleræ, Luna cum Venere phlegmatis, Mercurius commixtus eſt, ſecundum applicationem ſeu ſeparationem cum alijs.

Hic quoq; ad colorem & ſubſtantiã urinæ perpendendam præſens corporis diſpoſitio, ut dictum eſt ſecundum ſignorũ & ſtellarũ naturas attendenda eſt, cum ſecundum hoc præci-

pue coloris fiat uariatio. Verbi gratia. Aries ſi eſt locus epatis ibidem q; Mars exiſtens uel aſpiciens, corporis diſpoſitio eſt febris & urinæ ſubſtantia mediocris, propter debilitatem uirtutis ſequeſtrantis ſeu ſegregantis in epate in colore liuida uel ad nigredinem accedens ex aduſtione cholerica. Si uero ſana fuerit corporis diſpoſitio, erit urina tenuis per totum, & ſubruffa, uel citrina intenſa cum apparatu ad febrem.

Si locus epatis eſt Capricornus, ibidem q; Saturnus exiſtēs uel aſpiciens, corpus febricitat, & eſt urina liuida cum nigredine, ex mortificatione cum ſubſtantia mediocri, ex groſſorꝝ humorꝝ cū admixtione, propter debilitatē uirtutis ſegregātis in epate. Sed ſi corpus ſanū fuerit, erit urina tenuis cum colore (plumbeo.

Si ſit locus epatis Piſces. Iupiter aſpiciens a capricorno, diſpoſitio corporis febris erit; hoc eſt, cōmixtio ſanguinis frigidi, propter Capricornū, & phlegmatis propter Piſces, qui cauſant phlegma dulce, & tunc urina eſt mediocriter ſpiſſa, cum colore rubeo. Si uero corpus ſit ſanū, erit urina ſubcitrina uel aurea in colore, cum ſubſtātia mediocri. Si ibidem eſſet Mars fieret phlegma ſalſum, per cōmixtionem.

Si Sol propter infectionem color urinæ ruffus cum mediocri ſubſtātia, ſi ægri ſit diſpoſitio ſubcitrina pallori uicinius, ſi ſana ad hunc modum ſecundū præſentem corporis diſpoſitionem, ſignorꝝ & ſtellarꝝ naturas, quis humorum abundat, & ſuæ diſpoſitionis intēſio uel remiſſio requiret, & ſecundū omnium ad inuicem collationes iudicium moderabit.

## Exemplū de colore & ſubſtantia Vrinæ.

Luna almutes, ut dictum eſt, reſpiciens uirtutem expulſiuā infectam a Saturno per oppoſitum, & a Marte per quadratum indicat uirtutem expulſiuam aliqualiter claudicare. Et almutes quintæ domus ſeu loci epatis in medio cœli ſatis fortunatus & in ſextili Veneris, indicat digeſtiuam uirtutem fortiorem expulſiue, quare urina erit ſatis tenuis cum paucis contentis, & propter ſignum domus epatis ſcilicet Sagittarij, quod

eſt ſignum igneum, erit rubei coloris uergentis ad croceum ſeu citrinum,uti etiam atteſtatur Almutes loci epatis ſcilicet, Iupiter qui gerit ducatum ſanguinis, dico in hac diſpoſitione ſanguinem propter Iouem, & ſignum domus epatis habunda re una cum phlegmate propter lunam in ſigno frigido, & Saturnum in Cancro inficiens aſcendens domini urinæ ſuis radijs. Et hæc omnia patent in figura ſequenti. Et tantum de Iudicio urinæ non uiſæ, ex iudicio aſtrorum.




Iudicium autem urinæ uiſæ per ſequẽtia appre hendes.

Incipit Secunda pars de Iudicio urinæ uiſæ in quo occurrunt octo conſyderanda. Primũ quod occurrit in inſpectione urinæ, eſt color quorum communiter ſecundum authores uiginti numerant, inter quos primus albus eſt, ut aqua fontis puriſſima. Niger mortificationis, ut cornu bene nigrum.

Niger ex aduſtione, ut in cauſtum. Lacteus, ut ſerum lactis. Glaucus, ut cornu album lucidum. Charopus, ut uellus cameli ſubalbidum, & aſſimilatur pannus qui dicitur gallice, Camelot, qui fit partim ex albo & ꝑtim nigro, plus tñ ex albo aſſimilatur q; etiam lapidi Onicho. Subpallidus, ut decoctio ſemicrudæ carnis. Pallidus, habens plus paulo fellis. Ruffus ut aurum puriſſimum. Subruffus, ut aurum emiſſum & parum impurum. Rubeus, ut crocus orientalis. Subrubeus, ut crocus hortulanus. Rubicundus, ut flamma ignis non remiſſa, alij nominant hunc colorem Erytron.

Subrubicundus, ſiue yperyton, ut flamma ignis remiſſa, ſeu ut colore dactilaris. Inops, ut uinum nigrum, kyanos; ut color epatis, aut ut ſanguis putrefactus, alīj ut color purpureus.

Viridis ſiue Chloron, ut caluis uiridis ſeu ſuccus porri.

Liuidus ſeu Pelidnon, ut plumbū, ſed liuidus ex aduſtione uel mortificatione, ut cornu nigrum, liuidum, & eſt mortalis. Citrinus ut color pomi citri. Subcitrinus idem, ſed remiſſius.

Secundo, in iudicando urinam, noui Tyrones Medici artis diligenter aduertant, an ſit urina hominis uel alterius animalis, nam ſepius in hoc Medici tentantur. Vrina enim hominis de quanto plus approximatur oculis, de tanto ſpiſſior apparet, & de quanto plus elongatur de tanto magis clarificatur, quod non eſt in alīјs urinis. Vrina enim aſini in urinali, eſt ſicut butyrum liquidum cū turbiditate & groſſitie exterius apparente declinās ad albedinem. Subiugalium uero urinæ, ferētium iuga, ſicuti Muli, Equi, Iumenta, & ſimilia, aſſimilantur urinæ Aſini, in ſubſtantia & tendunt ad citrinum colorem & in his urinis apparet ſuperior medietas urinalis clara, & inferior medietas turbida. Sed urinæ ouiū ſunt albæ, declinantes ad citrinitatem, propinque urinis hominū, ſed ſunt ſemper aquoſe & tenues, & ſedimen eius eſt ſicut oleum uel ſicut amurca.

Tertio uideant an urina ſit uiri uel mulieris. Mulierum em̄ urinæ ſunt magis groſſæ & albæ, minus pulchræ uirorum urinis. Et maſculorum urinas, cum moues turbantur, & aſcendat eius turbatio ad ſuperiora, & ſecundum plurimum turbitantur, ſed mulierum urinæ, non fere turbātur ex motione, & habent in plurimum ſupra ſummitatem ſuam, ſpumam rotundam, & ſi turbide fuerint earum turbatio, pauca erit.

Differūt enim urinæ mulierum & ſenum. Mulierum enim urinæ pulchriores ſunt & lucidiores ꝙ ſenum. Senum crudiores & liuidiores, quia calor naturalis propinquus eſt extinctioni. Et cum mulieres ad ſenectutem peruenerint, naturaliter earꝫ calor calore ſenū eſt defectior, & urinæ minus lucidæ

& ma

& magis liuide. Sed urina prægnantium mulierum a primo, ſecundo, tertio, uſq; ad ſextum menſem excluſiue, eſt citrina pallearis ad ſubalbedinē declinans, clara in ſuperficie habens nebulam, in medio cotum carminatum, in qua apparent granula aſcendentia & deſcendentia, ſed in medio imprægnationis, ut in ſexto, ſeptimo mēſe uel circa, erit ſimilis aquæ in qua cocti ſunt pedes uituli nō excoriati, nam facta retētione ſanguinis, natura matricis exiſtente forti, expellit per poroſitates aliquid ſanguinis fuſti retenti, qui cū urina miſcetur, cauſans talem colorem. Sed in fine imprȩgnationis apparet in urinalibus rubedo, maxime cum mouetur urinale plus tunc etiā turbidatur, quia tunc plus de ſanguine retento expellitur.

Quarto uideatur, aut urina ſit pueri uel alterius.

Vrina
- Infantium, habet colorem lactis qui eſt albus.
- Puerorum, debet eſſe multa & groſſa, albedini uicina
- Iunenum, ignei coloris, rubei uel crocei.
- Senum, declinat ad albedinem & ſubtilitatem & ſunt urinæ eorum quandoq; groſſȩ, Iſaac dicit eam eſſe Citrinam, citrinitate remiſſa, ſicut color palearis.
- Decrepitum, eſt maioris albedinis & tenuitatis urinis Senum, & eſt quandoq; groſſa, & ſi eſt uehementer groſſa, erunt ſenes apti ad paſſionem calculi.

Quinto, quō ſciri poterit Cōplexio ex inſpectiōe urinȩ:

Vrina
- Temperata in liquore & colore, id eſt citrina clara, mediocris inter Citrinum & igneum colorē & inter liquorem groſſum & ſpiſſum, indicat complexionem temperatam, in qua nulla qualitatum aliam ſuperat.
- Rubea in colore, groſſa in liquore, indicat complexionem calidam & humidam Sanguineam.
- Rubea & ſubtilis, Complexionem calidam & ſiccā. Cholericam.
- Alba, groſſa Complexionem frigi. humidam, Phegma.
- Alba, clara complexionem frigidam & ſiccam Melancholiam.

Et qualitates actiuę ſolum dant colorem urinæ & non paſſiuę Caliditas enim ſua præſentia colorat urinam. Frigiditas uero, cum adeſt remittit colorem, & calor præſtat ruborem frigus albedinũ. Et humiditas inſpiſſat urinã, ſiccitas vero ipſã cla.

| | | |
|---|---|---|
| Sanguis. | Dominatur in | Anteriori parte capitis. |
| Cholera | | Dextra parte capitis. |
| Phlegma | | Poſteriori parte. |
| Melancho. | | Siniſtra parte capitis. |

Et principaliter in urina iſta ſunt conſyderanda, Color Subſtantia ſcilicet, utrum urina ſit ſpiſſa an tenuis, quantitas, utrum multum uel pauca. Contentum, ut eſt ypoſtaſis, Arenulæ, nubes, ſpuma & odor. &c.

Sexto. Sequuntur regulæ de Coloribus urinarum, & Primo de colore Albo.

Alba ſplendida tenuis, ſignificat oppilationem, & maxime ſplenis diſcolorationem faciei, ſomnolentiam pigritiam in toto corpore, & grauitatem & dolorem in parte ſiniſtra.

Alba cum circulo in parte ſuperiori plumbeo oppilationẽ in cerebro & epilepſiam ſignat, ex materia groſſa phleg. aut melancholiæ. Alba muſtilaginoſa, indicat abundatiam humorum frigidorum, phlegmaticorum, groſſorum & crudorum.

Alba ſemilucida, ſanioſa, ſimilis colori fungi, ulcerationẽ in renibus & in uijs urinæ. Et omnis urina ſanioſa, demonſtrat, aut rupturam apoſtematis, aut ulceratione in uijs urinæ. Vrina alba tenuis, aliqualiť liuida ſine ſanie, ut eſt color fungi indicat lapidem in renibus uel ueſica. Alba ſpiſſa, unctuoſa, per totũ ſignat Ethicam. Et urina unctuoſa in omni ægritudine mala, & ſignificat lapidis diſſolutionem & liquefectionem. Vrina alba in febribus poſt citrinam aut tinctam, indicat per mutationem febris ad quartanam. Vrina alba & ſecundum partem plumbea, ſine ypoſtaſi, mortem.

Alba tenuis cũ reſolutionibus albis & rotundis ueluti athomis Artheticam ſignificat. Vrina alba & ſpiſſa in ſubſtantia

liuens

liuens ſuperius cũ reſolutiōibus cineroſis reſidentibus multę adherentiæ, indicat deſcēſum matricis, ex phlegmate lubrica te & grauitante. Vrina alba ut lac in dyabetica, mortē ſignat. Vrina alba tenuis, multũ & ſępe micta, dyabeten ſignificat.

Alba & ſubtilis in icteritia, indicat hydropiſim futuram. Alba & ſubtilis in febre mala. Alba & ſubtilis ĩ dolore Ancha rũ, oppilationē in ujs urinæ, de phlegmate groſſo ſignificat ĩ febre oppilationē de cholera groſſa. Alba cũ prurigine corpo ris, & in inferioribus uentris, indicat arenā futurā in ueſica. Alba & groſſa in febribus lenibus, anguſtiā & timorē. Alba & groſſa ſine apoſtaſi, timoroſa & mala. Alba & groſſa quaſi oleagina mortē. Alba groſſa nebuloſa ſicut ſpuma, peſſima. Alba habēs nebulam quaſi niueā, dolorem in renibus, ſignat & morbi diuturnitatē, Alba putrida in febribus alienationē mentis. Alba groſſa non mutans ſe longo tempore lapidem in renibus futurũ. Alba tenuis pauca, ſignificat aliquid in ſto‑ macho quod digeri non poteſt. Alba ſpiſſa, dolorem in poſte riori parte capitis, ex phlegmate & febrē continuam ex phleg‑ mate. Alba tenuis multa, indicat terminationē febris. Alba cũ quadā liuiditate hydropiſim. Alba ſubtilis cũ arenoſis reſo lutionibus, dolorem renũ. Alba multa cũ carneis reſolutioni‑ bus dyabeten. Alba tenuis cum nigris reſolutiōibus, paſſio‑ nes matricis. Alba in principio febris acutę crudiatē materiæ & debilitatē caloris & prolixitatē ægritudinis. Vrina multũ alba in pueris mala, & ſi fuerit aquoſa paſſima, in Sene lōgam ægritudinē. Alba tenuis in hydropoſi euaſionē ſignat, in cau ſonide dolorem capitis in anteriori parte a caliditate, aliquan do priuationem rationis, aut eruptionē ſanguinis e naribus. mala

Alba tenuis cum granulis in circulo ſuperiori diſtinctis, artheticam ſeu catarrum ſignat. Alba tenuis & quaſi uirens in circulo plumbeo ſuperiori, epilepſiam. Alba mediocriter tenuis in febre, lithargiam notat. Alba mediocriter ſpiſſa cũ quadā gleba indigeſta, quotidianā de phlegmate uitreo ſigni‑ ficat.

Alba & tenuis, in ſanis multum potationem ſignificat cum largo cibo, maxime ſi ſit uinum exile. In ſenibus uero talis urina, debilitatem uirtutis digeſtiuæ ſignificat.

Alba tenuis in tertiana & Cauſone, uel huiuſmodi Frebribus adurentibus Freneſim futuram ſignificat.

Alba, Lactea, tenuis, in principijs febrium mala, quoniam diuturnitatem febrium ſeu ægritudinis ſignificat. In declinatione uero, ſi multa, ſolutionem ſignificat.

Alba, pinguis, in acutis ægritudinibus, liberat Apoſtemata in articulis nata, his qui dolebant, & his qui quodamodo in ægritudine laborioſa erant, & his qui diu fuerunt in multitudine pinguium humorum.

Lactea, pinguis, ſi in fine uenit litiaſim ueſicæ aut renum (ſignificat.

Alba, clara ſicut aqua, ſignificat digeſtionis defectum & uirtutis nutritiuę debilitatem aut oppilationem, aut utrunque ſignificat & dyabeten.

Alba, quæ ſpermati aſſimulatur, ſignificat humorū phlegmaticorum, frigidorum, crudorum abundantiam, & ut in plurimum Apoplexiam aut ſimilem ægritudinē, & pueri hāc habent urinam cū epileptici fiunt, & eſt plurimum perditionis (ſignum.

Alba ſubtilis, alba turbida, ſignificat contrarium digeſtionis.

Lactea, in acutis ægritudinibus pernicioſa.

Alba urina in febribus acutis, poſt tincturam urinæ quæ præceſſit febrem, ſignificat raptum colerę ad aliquod membrum quo generatur Apoſtema, uel ad fluxum uentris, aut ſignificat raptum colerę ad caput.

Lactea tenuis pauca, lapidem in ueſica ſignificat.

Alba clara, ulcera pulmonis, & maxime ſi multa fuerit.

Alba ſpiſſa, granuloſa, turbida & pauca, fluxum uentris ſignificat.

Alba turbida ſicut ſubiugalium, dolorem lateris pungitiuum ſiniſtri.

Vrina lacti acetoſi, ſimilis in febre acuta, aut citam portendit

dit mortem aut ſedationem febrilis caloris & eius leuitatem aut ſi leuior factus fuerit, ſignificat ægrum ad Ethicam peruenturum uel phthiſim.

Alba ſpumoſa, dolorem in ſiniſtro latere ſignificat.

Lactea, ſpiſſa, pauca craſſa inferius cum ſquamis lapidem ſine ſquamis, fluxum uentris.

De Vrina nigra.

Vrina nigra multa tenuis in quãtitate in quartana ſoluit quartanã.

Nigra pauca quadã caligine circũfuſa, colore liuido præcedente extinctionẽ caloris naturalis & mortem.

Nigra pauca lucida, in modum cornu præcedente uiriditate, ultimam aduſtionem ſignificat.

Nigra multa ſpiſſa cum ſedimine nigro in fundo, ſolutionem menſtruorum ſignificat.

Nigra pauca fœtida, unctuoſa, uel oliogenoſa, cum ſanitate renum & ueſicæ in febre continua, mortem ſignificat.

Nigra groſſa pauca cum ſedimine ſanioſo, rupturam apoſtematis renum ſignificat.

Nigra groſſa pinguis pauca ualde in quantitate cum ſedimine rubeo ſanioſo rupturam apoſtematis ueſicæ ſignificat.

Nigra multa in quantitate, in die cretico habens pendentem nubem ſeu nebulam in ſuperficie uel ſedimine enormię, ſorditatem aurium uel futurum fluxum ſanguinis narium ſignificat. Et ſi apparuerint ſigna bona, uti ſi dormiat, comedat &c̃. liberabitur, ſi mala, morietur.

Nigra habens in ſuperficie ſpumam citrinam, mixtam cum liuiditate & nigredine, Ictericiam intrinſecam ſignificat.

Nigra & ſubtilis in febribus peracutis peſſima, & maxime ſi pauca fuerit.

Nigra ſi uenit in principio morbi cum tremore accidentiũ & ꝑmanet uſq; in diẽ ſeptimũ, poſtea ꝟo bona ſupueniente urina cũ hypoſtaſi alba, declinationẽ morbi & ſalutem indicat. Sed ſi non ſequitur laudabilis ſignificatio, ſed anguſta an-

helitus,ſudor in membris ſuperioribus,alienatio mentis paruitas deſyderij cibi,perditionem & mortem ſignificat.

Nigra in reſtrictione menſtruorum ſine febribus uel alijs rebus,urinam tingentia, cito ſanabitur mulier.

Nigra in febre ſpaſmum ex ſiccitate,Nigra in febribus per acutis uehemens cum ſudore capitis,colli & dorſi,& cum ſuſpirio,ſignificat mortem.

Nigra in magna quantitate, quæ tingit pannum, ſignificat ſuper criticam expulſionem,& eſt ualde ſignum bonum.

Nigra multa in quantitate cum hypoſtaſi nigra, in die critica,ſuperueniens in febre acuto cum odore acuto, ſedimine ſubtili,ſignificat dolorem capitis,permixtionem rationis, & fluxum narium in die Critico.

Nigra cum odore magno,inflammationem in membris ſpiritualibus,& in febre acuta aliquando mortem.

Nigra quā p̄cedit citrinitas, aut admixta citrinæ,Ictericiam.

Nigra quam præcedit fuſtedo,Ictericiam nigram aut Spleneticam. Nigra quam præceſſit uiridis,aut declinans ad uiriditatem,mortem notat.

Nigra in muliere cum humore fœculento in fundo reſiſtente,ſignificat actualem fluxum menſtruorum.

Nigra multa in quantitate,cui non eſt uiredo apparens in febre quartana,& doloribus dorſi & matricis, ſignum ſalutis.

Nigra ſpiſſa cum ſedimine rotundo,cum intenſione hypocundriorum, aut ſtante ſudore aut apoſtemate in aliqua parte,ſignum mortis.

Nigra ſpiſſa multa in mulieribus carentibus menſtrua, fluxum menſtruorum ſignificat, uel infirmam purgari p̄ urinā.

Nigra granuloſa per reſidentiam inferius ſpiſſa, & ſuperius clara,purgationem menſtruorum ſignificat.

Nigra in ſuperiori parte in febribus acutis, cum ſurditate capitis,Criſim cum fluxu ſanguinis e naribus ſignificat.

Vrina nigra quaſi ſanguis obſcurus in pleureſi, mortem.

Nigra

Nigra & groſſa in acutis febribus ſpaſmum, & ſi alienatio adfuerit deſiderium auferendi cibum, mortem ſignificat.

Nigra & fœtida ſine dolore ueſicæ mortalis. Nigra bona eſt in lapidibus & ægritudinibus renum, prouenientibus ex humoribus groſſis, Nigra etiam mala eſt in ægritudinibus renum & ueſicæ, quando eſt ibi uehemens ardor, ſignificat enim cancrum in eis uel ulcera maligna.

Nigra non eſt bona in ſenibus in utroque ſexu.

Nigra aquoſa, ſignificat perditionem in omnibus ætatibus.

Vrina nigra multum in mulieribus, ſi mota aliquantulum ruborem habuerit, ſolutionem menſtruorum ſignificat.

Nigra in febribus fortiſſimis cum paruis fruſtis, mortem, & maxime ſi eſt pauca.

Et ad ſummum. Vrina nigra, hoc eſt, perfecte nigra, ſignificat aut uehemens incendium, aut forte frigus, aut mortem, aut caloris naturalis ſuperationem, aut Criſim, & expulſionem naturæ, qua ipſa choleræ nigræ expellit ſuperfluitates.

Vrina craſſa ſeu pinguis, idem purgationem melancholici humoris oſtendit, quemadmodum in quartana, & nonnunquam in febribus ſpaſmum ſignificat.

Raro reperitur nigra urina tenuis, ſed ut in plurimum craſſa ſeu pinguis & groſſa.

De colore liuido urinæ ſeu plumbeo.

Vrina liuida per totum in omni ægritudine eſt ſignũ mortis.
Liuida aliqualiť ſub nigra quã præceſſit urina uiridis mortẽ.
Vrina in qua eſt circulus plumbeus aut liuidus in parte ſupſicia li, declarat epilepſiam. Vrina ſecundum partem liuida ſtante tumefactione uentris, magnam demonſtrat hydropiſim.

Liuida in hydropiſi, difficilem curam ſignificat.

Liuidam poſſibile eſt apparere in febre ſtomachali.

Liuida ſecundum partem ſuperficialem, aut mediam cum granulis minutis ſeiunctis & ſeparatis, ſignificat in membris ſpiritualibus aut pleureſim aut peripneumoniam.

Sed ſi granula ſunt unita, arguit ſup diſpoſitionē renū et epatis.

Et ne Medicus decipiat ſi uiderit urinam iſtam cum granulis minutis & ſeparatis, debet prognoſticare apoſtema pectoris, non limitando, nec ad pleureſim, nec peripneumoniam.

Liuida perſeuerans in pleureſi aut peripnenmonia, eſt ſignum peſſimum & mortale.

Liuida pauca ſecundum partem oleoginoſa in qualibet ægritudine mortem deſignat.

Liuida pauca frequenter micta ſtranguriam ſignificat.

Liuida ſecundū partē in emitriteo magno aut paruo, piculoſa

Liuida in phthiſi, ſignum mortale propinquum morti.

Liuida in doloribus arteticis, communiter apparet, & maxime illius cuius eſt rheuma a parte ſuperiori per ſpinalem medullam, a d ſtiam uel ad genu deſcendens.

Liuida in qua apparent fruſta reſoluta dolorem arteticum ſig.

Liuida contiget ex fluxu catharrali ad diuerſas partes.

Liuida fit ex reſtrictione & oppilatione menſtruorum.

Liuida in febre, Ethica mortem.

Liuida in tremore cordis arguit ipſum incurabilem.

Liuida in phreneſi, ſignum mortis.

Liuida uſq; ad mediam regionem, dehinc ruffa, uel ſubruffa, indicat ſuper apoſtemata pulmonis, quandoq; fit inferius karops, & hoc maxime in pleureſi & peripneumonia. In pleureſi tamen apparet rubea uel ſubrubea, & ſpiſſa appoſita manu in ſuperficie liuida ex ſanguine.

Liuida pauca cum quibuſdam oblongis reſolutionibus, ſignificat paruum Emitriteum.

Liuida cum circulo granuloſo, uicium pulmonis indicat.

Liuida ſpiſſa, dolorem epatis, ſi ſentitr dolor in dextro latere.

Liuida turbulenta intenſe, fluxum uentris ſignificat.

Liuida ſpiſſa cum albis & longis reſolutionibus, abundantiā phlegmatis ſignificat, & ſentitur dolor circa inteſtina.

Liuida remiſſa & ſpiſſa & in ea corpuſcula liuetia in urina diffu-

diffuſa ſignificat retentionem menſtruorum:

Liuida cum furfuribus, dolorem ueſicæ, & circa pectinem.

Liuida pauca uix micta, mortem ſignificat.

De Vrina Rubea, Subrubea, Ruffa, &c.

Vrina Ruffa ut aurum purum, mediocriter tenui & æqualis, ſignificat hominem ſanum, ſi talis urina apparet in puero, in ſene phlegmatico, & muliere febrem ſignificat. In puero cõtinuam, in ſene & muliere tertianam. In autumno quartanam & offenſionem epatis.

Rubea cum febre acuta bona eſt.

Rubea cum hypoſtaſi nimium alba, diſſolutionem febris ſignificat.

Rubea pauca ſubtilis peſſima.

Rubea pauca cum hypoſtaſi, nigra, turbida, mortalis.

Rubea pura, parua, in hydropiſi mortem.

Rubea quaſi ſanguis in acutis febribus, mortem ſubitaneam.

Ruffa in tertia parte ſuperiori albæ, dolorem capitis, & alienationem mentis ſignificat.

Rubea cum uomitu eruginoſo, aſperitatem lingue, mortemque ſignificat.

Ruffa parua icteritia, diſſolutionem morbi ſignificat

Ruffa in ſubſtantia per totum, ſpiſſa cum circulo liuido & granuloſo, ſignificat apoſtema in iguibus aut genitalibus mẽbris

Ruffa tã ſuperius quàm inferius, ſpiſſa & manu appoſita in ſuperficie liuida & oleogina cum crinoidibus Ethicam ſignificat.

Rubea ſubtilis unctuoſa, dolorem arteticam, & alienationem mentis ſignat.

Rubea fœtida cum hypoſtaſi nigra & turbida quaſi pilis, uel cum unctuoſitate, peſſima eſt & mortalis.

Rubea in Hylion ſeu Hyliaca paſſione peſſima.

Rubea ſine Hypoſtaſi mala.

Rubea groſſa in febre acuta, dolorem capitis & Hypocundriæ, & colli grauitatem ſignificat.

Rubea ſicut ſanguis ſiue ſicut uinum nigrũ ſine dolore ca-

pitis laborioſa ſi in qualitate illa permaneat, futurus eſt lapis
Rubea quaſi color ſanguinis parua & ſubtilis (in ueſica. mala eſt, & maxime in Sciaticis.

Rubea quaſi color ſanguinis in acuta febre, & tremore corporis, & dolore in dextro hypocundrio, mortalis.

Si quis mingit ſanguinem multum, & ſubito uenam in renibus habet inciſam, uel Epate mulieribus menſtrua.

Rubea uini faciem habens, ad atrum tendens, indicat liberationem a malo in ſenibus, tales in fine factæ, in calculoſos humores commutari.

Subruffus color ſuilli ſanguinis craſſam habens ſubſtantiam, longitudinem ægritudinis.

Roſacea urina, ſignificat albam bilem, ſi habuerit in medio nebulam nigram, letale ſignum, ſed ſi nigra non fuerit, indicat toſtam bilem in corpore.

Rubea ſpiſſa, frebrem Symochā & tertianam, ſi liuens, cot
Rubea clara multa, caliditatem pulmonis. (tidianam.
Rubea ſpiſſa & turbida, indicat fieri dolorē pungitiuum late
Rubea urina tingens pannum in ea tinctum. (ris dextri.
Icteritiā ſignificat, & de quāto rubior eſt & tinctior, ita quod tinctura eius a panno difficulter remoueri poterit, de tanto ſanior eſt in icteritia, & liberabit ægrotantem. Sed quādo urina fuerit alba pauci ruboris in Icteritia, indicat futurā Hydropi
Vrina ruffa quaſi uini ſpuma, alienationem mentis. (ſim.
Ruffa cum ypoſtaſi nigra, in ſpleneticis mala.

Rubea in ægritudinibus renum perſeuerans rubea, ſignificat apoſtema calidum.

Rubea ſicut roſa ephymerā, ſed ſi continue mingatur quottidianam. Ruffa uel ſubruffa inferius habēs reſolutiones rotundas & albas ſuperius aliquantulum pinguis, Ethicam febrem ſignificat.

Subrubea clara, ſpumoſa, dolorem in dextro latere maiorem in ſiniſtro. Ruffa uel ſubruffa per totū ſpiſſa & diſtincta liuens

litĩes cum appoſitione manus pauco tempore præcedēte peri pleumoniam ſeu Pleureſim, uel quottidianam de phlegmate dulci cum rheumate uel guttā de cauſa calida uel aſtliten ſig.

Rubea uel ſubrubea, diſtincte liuens, manu appoſita Pleureſim. Rubicunda uel ſubrubicunda in ſubſtantia per totum tenuis, & liuens ueluti ignis, & cum ſpuma febrem cauſonidē Si talis urina fuerit per totum ſpiſſa non liuens, ſignificat Synocham, ſed ſi fuerit mediocriter tenuis, Cauſon ſignificat, ſi fuerit mediocriter ſpiſſa, Synochen ſignificat.

Ruffa apparens cum nebula, alienationem mentis.

Vrina rubea ut purpurea, uel ut color Epatis ſpiſſa in fundo magis turbulenta & feculenta cum quibuſdam corporibus nigris fluxum, Hæmorrhoidarum uel menſtruorꝝ ſignificat.

Rubea perſeuerans in ægritudinibus acutis, nullam faciēs reſidentiā perditionem ægri ſignificat aut apoſtema calidum

Rubea in dolore capitis, deſipientiam ſignificat.

Rubea groſſa turbida, ſignificat apoſtema in Epate aut eius debilitatem.

Vrina rubea in { Spaſmo, Apolexia, Epilepſia, Paralyſi, Ptiſi, Peripleumonia, diſſinteria, Colica } ut in plurimum mortem.

Color { Rubeus roſaceus, ſeu roſeus eſt Color mixtus aliquantulum rubedine ſicut roſa. Rubeus obſcurus ſanguini uenali ſimilis eſt. Rubeus puluerulentus qui in ſuperficie uidet habere quandā nigredinē, } & hi tres colores ſanguinis dominium ſignificant.

De Vrina Citrina & Subcitrina.

Subcitrina pallori uicina per totum tenuis Melancholiam in naturalem abundare ſignificat;

Subcitrina tenuis & parum intenſa, choleram abundare ſign.

Subcitrina ſpiſſa per totum quottidianā de phlegmate ſign. Subcitrina mediocriter tenuis, plus ad modicitatem accedens quottidianā de phlegmate, acetoſo ſignifacat & in digeſtionē

Subcitrina mediocriter tenuis, plus ad tenuitatatē accedēs choleram uitellinam abundare ſignificat. Si fuerit intēſa multum tertianā de cholera uitellina. In pueris duplicem uel minorē Hemytriteū. In muliere uel ſene, melancbolico & phlegmatico ſimplicē quottidianam. Subcitrina cum Spuma crocea, icteritiam croceam ſignificat. Citrina tenuis cum ſubſtātia obſcura ſyncopin in mulieribus. Citrina cum circulo citrino, & ſimiliter ſubcitrina laudabilis eſt. Citrina tenuis & magis tenuis in ſuperiori parte, & præcipue cum ampullis & granis, ſignificat uicium thoracis & ſtricturam pectoris, & quandam præcipitationem ad ptiſim. Citrina uel ſubcitrina multum clara & uirgulata & feneſtrata ſpleneticam paſſionē, ſignificat & dolorem articulorū aut condylomatum & Hemorroidum. Et ſi fuerit multa in quātitate cum ſiti & macilentia corporis, & conſtipatione uentris ſignificat diſtemperantiam Epatis in calore.

Citrina & tenuis in febre acuta in principio apperēs cruditatem materiæ, ſignificat & morbi prolixitatem & defectū uirtutis, ſi apparet talis urina in medio morbi uel in fine præcedente urina rubea uel rubicunda phreneſim ſignificat, ſed ſi præceſſit Critica purgatio, deſignat conualeſcentiam, & morbi declinationem. Citrina ſubtilis in corporibus ſanis, laudabilis eſt, in infirmis autem illaudabilis.

Citrina tenuis & multum limpida, dolorem ſplenis notat. Citrina tenuis & multa, conſtipationem & dolorem Epatis.

Vrina citrina clara, indigeſta, ægritudinem ſignificat, & timendus eſt infirmi defectus.

## De Vrina Pallida & Subpallida.

Pallida urina, ſignificat defectum ſtomachi, & impedimentum ſecundæ digiſtionis.

Pallida

Pallida tenuis & clara, acetoſum, phlegma ſignificat.

Pallida inferius, in uiris dolorem renum, in mulieribus, uiciū matricis ſignificat.

Pallida uel ſubpallida per totum ſpiſſa, phlegma habundre ſignat, ſed ſi fuerit tenuis, Melancholiam ſine febre.

Pallida mediocriter ſpiſſa phlegma acetoſum digeſtū ſign. Tenuis uero indigeſtionem phlegmatis aceto ſignificat.

Pallida per totum ſpiſſa in febre acuta, lethargiam deſignat Sed ſine febre longo tēpore præcedēte hydripoſim de phlegmate.

Pallida uel ſubpallida cum alijs bonis ſignis in febre acuta, apoſtema ſub dyaphragmate ſignificat.

Pallida uel ſubcitrina ſpumoſa ſuperius, cum quadam liuiditate oleagena & cineritia pauca, ſolutionem uentris circumſcripta, ptiſim ſignificat. Si fluxus uentris ſuperuenit, mortem

Pallida groſſa habens circulum rubeum præſilinum, infundo ꝗ nubem magnam, per urinam diuulſam dolorem Epatis & dextri lateris maximam calorem, & apoſtema intrinſecum cum capitis dolore.

Pallida cum mediocri ſpiſſa ſubſtantia, ſanum phlegmaticū

## De Vrina Lactea & Caropos groſſa.

Lactea craſſa quæ minutum mingitur, calculum ueſicæ uel renum ſignificat.

Lactea in principio in febre acuta apparens, aut notat mortem uel uitam, ſi bona ſigna appareant, ut ſopor, bona reſpiratio, ſignificat uitam, ſi his contraria mortem.

Lactea uel Caropos cum ſpiſſa ſubſtantia, ſi multo tempore fuerit turbida & appoſita manu Liuida, hydropiſim ſignificat

Lactea uel Carops ſpiſſa ſine arenulis, cholicā & illiacā paſſionem, ex crudo & uiſcoſo humore phlegmatis ſignificat, unde circa inteſtina torſio ſentitur.

Lactea ſpiſſa ſi ſint arenulæ in fundo, lapidem deſignat.

Lactea ſpiſſa, dolorem capitis propter humores phlegmaticos cerebrum aſcendentes.

Caropos ſignificat multitudinem humorum corruptorum ſicut accidit in phlegmatico, Hydropico, Podagrico, & in alijs conſimilibus.

De Vrina Inops & kyanos.

Et eſt color Inops quaſi uinum quod uergit in nigredinē ſicut uinum Italicum, & quod fertur de Calabria. kyanos uero profundiorem habet nigredinem, & etiam multiplicem colorem ut in quadam parte rubicundus, in quadam niger, & alia liuidus uel uiridis apparet. Vrina Inops ſicut uinum inferius obſcurum & turbatum, rubeum uel ſubrubeum cum quadam liuiditate crocea ſuperius apparēs, obſcura apoſtema epatis uel renum ſignificat. Inops in acutis febribus maxime in Cauſonide magnam aduſtionem ſignificat, & quandoq; mortem propinquam. Kyanos ſuperueniēs poſt Citrina rupturam uenæ in renibus uel epate, tam in uiris q̄ in mulieribus ſign.

Kyanos in ſanis hominibus, laborem uiæ aut curſum multum deſignat eſſe factum. Si uero in ſene ſuperueniet longo tempore perſeuerans, Lythiaſim ſignificat. Vrina ſi primū appareat rubicū da, & deinde ſit Inops uel Kyanos, peſſima eſt & mortis indicium, & talis urina ſolet apparere in mulieribus ſine febre propter mēſtruoꝝ eruptionē, & tunc eſt magis ſpiſſa, pinguis & fœculenta in fundo.

Hæ Vrinæ ſolent apparere in ruptura uenæ *Chilis*, unde tunc maximus ſentitur dolor in ſeptimo ſpondili facta mutatione a parte inferiori & tunc urina in fundo turbulentior apparet. Inops & Kyanos, ſi in media regione apparet ſpiſſior, ſignificat hydropiſim, ſi fuerit rubea, Sanguinea yposarcham ſi magis liuida, Leucoflanciam. Inops & kyanos, apoſtema epatis, pleureſim, peripleumoniā, & renum apoſtema ſignat.

Inops habens ſpumam croceam nimiam calefactionē Epatis, uel Icteritiam ſignificat, quæ ſi ante ſeptimum diem euenerit, in febre acuta, peſſimum ſignum eſt, ſed ſi poſt 7. diem apparet ſit reſulutio morbi.

Inops

Inops in febre Cauſone criſim indicat per fluxum ſanguinis e naribus cum capitis dolore.

De Viridi colore.

Viridis micta poſt rubeam, ſignat aduſtionẽ, & eſt mortalis.

Viridis ipſius infantis paralyſim aut ſpaſmum nunciat.

Viridis per totum in febre acuta mortem.

Viridis ſimilis colori phiſticorum, mortificationem corporis naturalis, & ſignificat frigiditatem exceſſiuam.

Viridis ſimilis ſucco porri, peſſimum ſignum, ſignificat enim incendium in membris ſpiritualibus.

Viridis ſimilis erugini æris, eſt cęteris deterior, & ꝑditionẽ.

Viridis ſimilis colori Ireos quam præceſſit urina uiridis, ſignificat uehementem infrigidationem, ſuffocantem calorem naturalem, & per conſequens malum ſignum.

Viridis ſtãte dolori & anguſtia in ſtomacho ſine aliqua hypoſtaſi, ſignat uenenũ in potu ſumpſiſſe, & per cõſequẽs mortẽ.

Viridis cum uiridi circulo in phreneſi, eſt ſignum deſperatiſſimum mortis.

Viridis urina in die Critica apparens, ſi infirmus in capite doleat, ſolutionem doloris denunciat.

Viridis uel furfurea in incenſione febris, & ſi infirmus ſubtiliatus fuerit, & in ſuperioribus ſudauerit, & in extremis friguerit, peſſimum ſpaſmum & inanitionem ſignificat.

Viridis craſſa, ſtranguriam. Viridis pauca mortem notat. Vrina uiridis multa, fœtens & olens, rupturam apoſtematis forte epatis.

Vrina uiridis olens, Ictericiam ex cholera praſſina.

Septimo, de contentis Vrinæ collecta ex uarijs Authoribus in Medica arte approbatis, Primo de Circulo

Circulus in urina ex quatuor partialibus circulis cõponit. Primus in inferiori parte, uerſus fundum, urinalis eſt niger Melancholicus.

Secundus, rubeus ſanguineus. Tertius Citrinus cholericus Quartus, ſuperior phlegmaticus. Et ſi iſti circuli alium habēt ſitum & ordinem, permutaueruntq; colores uarias & longas ægritudines ſignificat. Et circulus iſte in ſuperiori regione urinæ ſignificat ſuper diſpoſitionem capitis. Aliquando apparet circulus in media regione urinæ, licet raro, & hic ſignificat ſuper diſpoſitionem membrorum ſpiritualium.

Circulus ſpiſſus, dilatatus, aquoſus, dolorem in poſteriori parte capitis ex phlegmate præſagiet.

Rubicundus & ſpiſſus, dolorem in anteriori parte capitis ex ſanguinea complexione.

Albus tenuis, dolorem in ſiniſtra parte capitis ex melancholica complexione, hoc eſt ex frigiditate & ſiccitate.

Circulus rubeus & gracilis, dolorem in dextra capitis parte, ex cholerica complexione.

Plumbeus groſſus in ſubſtātia, denotat epilepſiam aut apoplexiā.

Liuidus ledi cerebrum ſignificat, & ſi in aliqua ægritudine mutatur, liuiditas in rubedinē & claritatem deſignat conualeſcentiam & mutationem de morte ad uitam.

Viridis & ſubtilis in febre acuta, aduſtionem & Freneſim

Circulus tremulus per medicos agitatus, dolorē in ſpina dorſi, & Paraliſim ſignat, uel fluxum catarralem.

Circulus niger mortificationē uel aduſtionem, mortificationē ſi præceſſit liuiditas, aduſtionē, quādo præceſſit uiriditas

Circulus
- Albus, groſſus, deſignat phlegma dominari in poſteriori pte capitis, una cū frigiditate capitis
- Rubeus, ſpiſſus, ſanguinem dominari ſigni. in anteriori parte capitis.
- Citrinus uel Rubeus, cum ſubtilitate uicium, colere rubeæ in dextra parte capitis.
- Niger uel pallidus cum ſubtilitate & tenui ſubſtantia, dolorē in ſiniſtra parte capitis prætēdit.

De Ampullis & Spuma.

Ampulla perſeuerans diu, indicat uentoſitatem & indigeſtionem, & materiæ cruditatem, prolixitatemq́ morbi, & nefreticam paſſionem, capitiſq́ dolorem propter uentoſitatem.

Spuma continua, ſignificat dominium uentoſitatis, & uiolentiam caloris, & incenſionem Epatis.

Spuma interciſa nigra, Icteritiã nigrã ex humore melancho.

Spuma nigra nõ interciſa, melancholiam aduſtam ſignificat.

Spuma interciſa cum granulis minutis, ſignificat multitudinem rheumatis.

Spuma interciſa uiridis, aut ſimilis tincturæ croci, ſignifi. Epatis calefactionem & aduſtionem.

Spuma nigra ſignificat magnam Icteritiam ex melancholia

Spuma Crocea, Icteritiam ex Cholera rubea.

Spuma uiridis Epatis incenſionem.

Per ampullas intelliguntur granula magna. Et Granula ſunt ampullæ modiocres.

Ampullæ ſupernatantes in urina, nefreticam paſſionem & longam ægritudinem.

Ampulla magna, ſignificat præceſſiſſe rugitum & grauationem ſtomachi, uomitum aut fluxum uentris.

Ampulla magna ſignificat grauationem ſtomachi, dolorẽ Ileos aut renum ex humore phlegmatico groſſo uiſcoſoq́.

De Granulis ſeu Ampullis mediocribus.

Granula in quacunq́ regione urinę fuerint, ſemper ſignificant a cerebro fluere materiã reumaticam, & hoc ſi diu in urina perſeuerauerint. Et ſunt granula quaſi ſpuma interciſa & ſoiuncta in circulo in uarias particulas diuiſa.

Granula in ſuperiori regione urinę, ſignificant dolorem capitis ex reumate, & hoc maxime ſi urina moueatur, & quod granula deſcendunt, & poſt motionem iterum aſcendunt ad ſuperiorem ſeu ſupremam regionem ſine dilatione.

Granula in media regione aëris, ſignificat deſcenſum rheu

matris ad neruos ad pectus & iuncturas, licet hoc raro cõtingit
Ampulla.    proprie paſſionem renum.
Spuma    ſignificat    paſſiões membrorũ medicorũ cor-
Grana    paſſionis capitis,    (dis epatis

Granula parua indicant rheumaticam paſſionem.

Granula in fundo urinæ, in urina mulieris notant conceptionem, ſi ſunt rubea maſculi, ſi alba femellę, ſi autem hiſpida & urina turbida rheuma indicant.

De Nubecula Vrinæ

Nubecula eſt quædam ſpumoſa & uaporoſa, ſuperfluitas & obſcura apparẽs in urina ad modum telę araneæ, uel pulueris ſparſi p̃ urinã

Nubecula liuida apparens in inferiori regione ad modum pulueris ſparſi, principium Ethicæ ſignat.

Nubecula umbroſa cum quadã ſpuma crocea uel uiridi ſup̃ calefactionem epatis, & multitudinem cholere ſignificat.

Nubecula ſemper ſignat diſtemperantiã mẽbrorũ ſpirtua;

Nebula pendens in urina, ſi alba, bona eſt, ſi nigra mala.

Graſſities ut aranea tela ſupernatens in urina, malum.

De Sanie in Vrina.

Sanies pauca in urina, dolore exiſtente circa renes, Apoſtema renum aut ulcerationem ſignificat.

Sanies multa cum graui & forti fœtore, dolore exiſtente in pectore, ſignificat apoſtema aut ulcerationem ueſicæ.

Sanioſa multa cũ dolore in pectine, ſignificat apoſtema in matrice.

Sanioſa urina cum dolore & pulſatione in ypocundrio dextro, apoſtema epatis eſſe corruptum, ſignificat.

Sanioſa in pleuretico aut Empico minorato ſpumo & accidentibus malis remiſſis, ſignificat Pleureſim aut empima terminari per uias urinæ.

Sanies cum humiditate mixta in urina cum rubeis contẽtis & quando urina exijt ſine difficultate, ulcus in renibus adeſt.

Sanies ſeparata ab urina reſidens in fundo cum albis contẽtis & urina exijt cum difficultate, ulcus ueſicæ ſignificat.

De

## De Pingui & Oleoginoſa Vrina.

Per pinguedinem intelligitur, quædam pinguis & unctuoſa materia a membris reſoluta quæ emittitur cum urina.

Vrina pinguis in febribus & oleoginoſa, ſignificat diſſolutionem totius corporis. Sed ſine febre, ſignificat reſolutionem renum, & ueſicæ & lumborum.

Pinguis urina diſiuncta & diſtincta per partes in ſuperficie ſicut in iure carnis non ual de craſſo & ſine reſolutionibus, indicat primam ſpeciem Ethicæ febris.

Pinguedo occupans totam ſuperficiem urinę, ſicut tela araneæ cum modicis reſolutionibus ſecundam Ethicæ ſpeciem notat pinguedo diffuſa per totã urinam cum multis reſolutionibus & ſi effuſa fuerit ſuper lapidem, ſonat ſicut oleum, tertiam Ethicæ ſpeciẽ ſignificat, & hæc urina eſt omniũ peſſima.

Vrina oleoginoſa pauca fœtida mortem.

Oleoginoſa in ægritudinibus acutis per totum apparẽs in die quarta, ægrum ſignificat moriturum in ſeptima.

Oleoginoſa pauca in qua fuerit aliquid ſimile loturę carnis recentis, eſt ſignum peſſimum.

Oleoginoſa in Cholica & hydropiſi ꝓpinquã mortẽ ſignat.

## De Crudo humore in Vrina.

Humor Crudus in Vrina ſic cognoſcitur, qui ſpeciem hypoſtaſis prætendit in infima parte urinæ locatus cõmuniter.

Si Vrina mota fuerit in quaſdam partes athomoſas reſolutiones, diſpergatur crudus humor, tunc intelligitur.

Si talis humor ſupremam obtinet urinæ regionem, uicium pectoris & ſpiritualium membroũ compreſſionẽ dyaphragmatis, unde Aſma & Dyſnia Emptoica & Arthetica paſſio declarantur, aut Orthomia.

Si mediam regionẽ obtinet uicium ſtomachi ex repletione ſuperfluitatum & uomitus & uentris inflatio & inteſtinorum rugitus declarantur.

Si humor infimam regionem poſſideat dolorem renum & lũ borum, & membrorũ generatiuorum thenaſmonem, Nefreſim, Stranguiream tibiarum & genuum dolorem ſignificat.

De Sanguine in Vrina.

Sanguis purus in Vrina ſi apparet, & dolor ſentitur circa dextrum hypocundrium eſt ab epate. Si a Veſica eſt, trumboſus & grauis odoris, & ſentitur dolor circa pectinen.

Si prouenit a Chili, eſt purus & multus, ſentitur dolor in ſeptimo ſpondili, facta computatione ab inferiori parte.

Sanguis in urina groſſus, trumboſus, petens fundum, ſignat actualem fluxum menſtruorum in muliere & hoc nullo dolente parte corporis.

Sanguis niger in fundo, minorato dolore in renibus, notat ipſum fluere a renibus.

Sanguis apparens in urina longo tempore, peſſimum ſignũ eſt, quia ulcera fraudulenta in corpore ſignificat.

Vrina ſimilis ſanguini, aut urina cum reſidentia multa & fece, in declinatione paſſionis Splenis, bonum ſignum eſt.

Non omnis urina in qua eſt ſanguis, mala dicetur, nam quãdoq; accidit talis urina per modum Criſis.

Quicunq; ſangninẽ ſponte mingit, his a renibus uenæ ruptu(ra ſignatur

Sanguis mictus ſine apertione uenarum in morbis acutis ſanguineis, ut in Synochis febribus, repletionẽ ſanguinis ſuperfluam ſignificat.

De Harenibus in Vrina.

Arenulæ rubeæ duræ ſine febre, & cum dolore dorſi, lapidẽ in renibus denotat, confirmatum uel confirmandum.

Rubeæ dure cum alleuatiõe renum uel lumborum, diſſolutionem lapidis indicat, & dolorem a lapide proceſſiſſe.

Arenulæ albæ & duræ reſidentes in fundo, dolore exiſtẽte in pectine, lapidem in ueſica notat.

Arena rubea & mollis a renibus uenit. Alba a ueſica. In renibus Nephreſim, in ueſica Lytiaſim fieri dicunt.

Arenulæ

Arenulæ rubeæ molles cum febre, & maxime in fine febris ſignant aduſtionem humorum.

Arenulæ rubeæ ſine dolore & grauitate Renum, indicant caliditatem Epatis & renum.

Arenulæ in fine febrium Cholericarum, ſignificant permixtionem febris cholericæ ad Febrem quartanam.

Noli ſemper terreri cũ uideris arenulas, nec Calcalum iudicare, quia aliquando arenulæ cauſantur ex Arthetica uel ex longa quartana, uel ex medicina nimis acuta, tunc debent eſſe molles & non duræ, quod etiam fit in duplici tertiana aut ſimplici, ubi arenulæ rubeæ aliquando apparere ſolent propter diſtraſiam febrilis caloris

De Pilis in Vrina.

Notandum quod Pili non ſunt de ſub ſtantia Renum, ſed cauſantur ex humoribus groſſis, uiſcoſis, frigidis, quidam uero a caliditate ſuprema agente in humidum.

Pili rubei ſiue Citrini, in quacunq; regione urinæ non exiſtente febre, caliditatem renum ſignificant.

Pili pingues ſolidæ ſubſtantiæ ſine febre, diſſolutionem, renum & lumborum notant.

Pili groſſi in ſubſtantia, quod ſi comprimantur euaneſcũt aut ex agitatione urinæ reſoluuntur oppilationem ab humoribus groſſis & uiſcoſis indicant.

Pili in urina ſolidæ ſubſtantiæ urina exiſtente oleaginoſa in febribus diſſolutionem totius & Ethicã ſignificant, & longam & cronicam peſſionem.

De Squamis & Furfuribus, aſt Crynoydibus.

Squamæ ſunt latę reſolutiones & rotundæ quæ quaſi a membrorum ſuperſicie actione caloris lacerantur & eradicantur & fiunt quaſi pityra id eſt furfura, quæ ex tritico fiunt & ſquamis piſciũ aſſiliãtur, unde petaloides & ſquamę nuncupãtur.

Furfura autem ſunt quædam reſolutiones ad modũ Furfuris diſpoſiti, & a membris deciduntur uiolẽtia caloris & ſunt

albæ, & ſunt groſſiores ſquamis.

Squamę in urina ſine febre, ſcabiem ſiccam ſignificant. Squamę cum febre Ethicam & conſumptionem furfureæ; reſolutiones ſine febre aut alio corporis dolore, ſcabiem corporis ſignant. Furfura cum grauitate & dolore circa regionē pectinis, ulcerationem ueſicæ indicat.

Furfura in urina cum febre ſecundam ſpeciem Ethicæ ſignificat. Crinoydes, ſunt quædam groſſę reſolutiones, ſicut Crineæ. Eſt autē Crinia groſſior particula tritici, quæ in principio molitionis & attritionis molę de integritate grani diuiditur. Et in urina indicant tertiam ſpeciem Ethicæ.

Crinoydes rubeæ uel nigrę in febre acuta peſſimum, quoniam longiſſimam ægritudinem ſignificant.

## De Athomis.

Athomi, ſunt granula parua rotunda, ad modū punctorū, quandoq; alba, quandoq; ruffa, ſignificant guttam tam in uiris quàm mulieribus.

Athomi in fundo apparentes urinali, & reſidentes dolorē in membris generatiuis pedibus & genuis, & per conſequens Podagra. Athomi in media regione, dolorē & guttam in membris ſpiritualibus, & a regione generationis uel generandorum uſq; ad dyaphragma. Athomi in ſuprema regione ſuperiorum partium guttam notat.

Athomi per totam urinā omniū membrorum guttā declarant

Vrina lucida pura in ſubſtātia in qua apparuerit aliquod groſſum ſimile nubi, & in ea fuerint athomi deſcendentes & aſcendentes globatim inferius, imprægnationē & conceptū ſignat.

Athomi pingues in parte inferiori in modum lotureę amidi & inferius reſideant, & poſt modicū gelentur & congelabuntur ſignificant mulierē concipiſſe, & ſi fuerint ruffæ uel ſubruffæ & formæ rotūdæ, ſignificat quod maſculū cōcepit. Si apparēt liuidæ & latæ formę ſignificat cōcepiſſe famellā. Si aūt mulier nō cōcepit & appareant talia ſigna, guttā in muliere ſignifi.

De

### De Spermate in Vrina.

Sperma in urina ad fundum tendens aut reſidens in fundo ſignificat coitum præceſſiſſe, aut nocturnam illuſionem, aut affectum uenereorum operum.

Sperma globoſum, truncoſum cum urina ſecundũ fruſta groſſa permixtũ, abſtinentiã coitus, uel nocturnã pollutionẽ

Sperma apparens frequenter in multis uicibus gomorrhæã uel Paralyſim membrorũ genitalium ſignificat, uel debilitatem uirtutis retentiuę. Si per Gomorrhæam cognoſcitur per uirtutis debilitatem & corporis conſumptionem.

### De Cinericijs reſolutionibus.

Reſolutiones Cinericiæ, ſubtiles in colore adhęrentes globatę uel congregatę adinuicem in fundo reſiſtentes, retentionem menſtruorum ſignificant.

Reſolutiones Cinericę ſubnigri coloris ſparſę per urinam, fluxum menſtruorum actualem ſignificant.

Cinericiæ reſolutiones, ſubnigrę groſſæ, adhęrentes ſubſtãtiæ urinali in fundo, Spleneticã paſſionẽ, & apoſtema ſple

Cinericiæ reſolutiões in fine febriũ phlegmaticarũ febrẽ (nis phlegmaticam ad melancholiam permutari ſignificant.

Cinis in urina apparens, ſignificat dolores partiũ inferiorum ſicut matriics, retentionem mẽſtruorum, fluxum hęmorroidum, & dolorem ſplenis, Condylomata, hoc eſt duras & ſolidas reſolutiones circa anum in modum glandium & rotundas. Sunt tamen Condylomata, proprie apoſtemata ex ſanguine melancholico in capitibus uenarum congelata.

Singnat & Ficos in ano, & Attrices quæ ſunt collectiones factæ circa anum diſtinctæ, ex melancholico ſanguine, tuberoſitatem inducentes.

### Octauo de Hypoſtaſi Sedimineq;.

Hypoſtaſis fundamentũ eſt & ſuperfluitas tertiæ digeſtionis cũ urina emiſſa. & habet tres differentias ſecundũ locũ. Nã ſi Hypoſtaſis ſit ſubſiſtẽs, & in fundo nõ repulſa uocat̃ ſedimẽ.

Si autem ſit impulſa in mediam regionẽ urinæ, uocatur Eneorima, quaſi dependens. Quod ſi fuerit repulſa uſq; ad ſuperficiem urinæ, uocatur Nephilis, id eſt nubes, ex methaphora nubium ſumpta. Et Hypoſtaſis naturalis debet eſſe alba, ſedens in fundo uaſis mediocris inter ſubtile & groſſum rotundæ formæ & pineatę continua, ſine interruptione partium, & leuis in motu, ut ſi uas moueatur cito ſine liquoris turbiditate aſcendat ſuperius, cum uero uas quieſcat, ſubito reuertatur ad inferiora, & in forma pineæ aut pyramis. Et de hypoſtaſi dantur ſecundum diuerſos authores plures regulæ.

Prima regula. Nebuloſa hypoſtaſis uentoſitatem & cruditatem groſſam, ſignificat, qui morbi materiam ſurſum portat & quod natura incipiet digerere ſeu decoquere & uentoſitatẽ humorum diſſoluere & ſubtiliare.

Secunda regula. Nebuloſa Hypoſtaſis in fundo in aliquo morbo, peſſimum ſignum, quia naturam ſignat fugere a morbi regimine propter groſſitudinem & grauitatem materiæ. Nebula nigra in ſuperficie urinæ mortem.

Tertia regula. Hypoſtaſis nebuloſa, ſuſpenſa mediocritatem digeſtionis nunciat, & uentoſitatem & cruditatem furſum Leuatam cito diſſoluendum indicat.

Quarta regula. Hypoſtaſis petens ima, perfectam digeſtionem & bonitatem ſignat, & hoc ſi ſit alba, ęqualis leuis in motu coniuncta etc̃. ut dctum eſt.

Quinta regula. Hypoſtaſis alba, leuis, diſiuncta naturam pigreſſere in materia morbi demonſtrat, perfecte tamen dige(rēda.

Sexta regula. Hypoſtaſis alba diſiuncta in fundo peior eſt leui, quia multa uentoſitatem & cruditatem oſtendit quam natura diſſoluere nequit, quare peſſima.

De Coloribus Hypoſtaſis.

Albus color leuis coniunctus etc. laudabilem corporis diſpoſitionem ſignificat. Rubeus longam ægritudinem & cruditatem materiæ, indicat tamen ægritudinem bene terminabilem.

Subrubeus, eſt peior ꝙ rubeus, fit enim de ſanguie aquoſo quare minatur ex cruditate humorū ægritudinis prolixitatē.

Niger color in apoſtaſi, eſt omnium peſſimus, & ad ſignificationem mortis promptiſſima, aut ob nimiam incenſionē aut frigiditatem, & hoc maxime ſi liuiditas præceſſit, de hinc nigredo. Si autem purpurea primum ſit hypoſtaſis, de hinc nigra mors ex incendio expectabitur.

Niger color hypoſtaſis, & ſi Vrina ſit alterius coloris præter nigri, perditionem ſignificat.

Hypoſtaſis nigra, & urina nigra & maxime granoſa, perditionem certam ſignificat.

Roſea uel Arſenica hypoſtaſis ſubtilis in liquore, diuturnitatem morbi indicat.

Glaucus color conuenit temperato liquori, indicatꝗ cholerā.

Citrinus color in febre, materiam cholericā oſtendit, & poſt longum tempus ſalutē morbi, & naturaliter crudos & non coctos humores oſtendit, & hic color bonū & malū ſignificat. quæ ſi nebuloſa fuerit, ſignificat ſpem complendi coctionem

Si natatilis, ſperamus minus ꝙ compleri. Si in fundo fuerit cruditatem humorum & grauitatem cum groſſitie ſignat.

Liuida Hypoſtaſis, ſignificat mortificationem.

Hypoſtaſis quæ mutatur in rufedinē & glaucedinem, ſalutē (notat

Hypoſtaſis alba granoſa, in partibus diſptita uel cum febre, eſt acuta uel ſolida & continua. Si cum acuta, ſignificat humores phlegmaticos calore febris incenſos. Si cū cōtinua febre & fuerit ſquamoſa ſicut ſquamę piſciū, ſignificat diſſolutionem membrorum exteriorum & duoꝝ & ſubtiliū. Sed ſi fuerit furfurea, ſignificat diſſolutionem humidi & ueſicæ excoriationem. Galenus. Squamoſę hypoſtaſis, conſumptionem duoꝝ membrorum ſignificat. Furfurea calorem fortiorem in membri perforatione. Hypoſtaſis ſicut farina groſſa proprior eſt conſumptioni parte membrorum dura, & mortem poſt longum tempus nunciat. Hypoſtaſis quaſi

farina groſſa in febribus, diuturnitatẽ morbi notat, & mortẽ ante diuturnitatem. Hypoſtaſis lentina, quaſi lentium fractura, paſſionem Epatis, Hypoſtaſis orbina, quaſi orobi fractura, fit cõmuniter in cõplexione ſanguinea, quæ Epatis & Renũ conſumptionem ſignificat & totius corporis, diuerſimode ta (men.

Hypoſtaſis Arenoſa, notat lapidem in renibus & ueſica, ſecundum diuerſitatem Granorum ut dictum eſt.

Hypoſtaſis Cineroſa ſi fuerit ſubtilior quam oportet in febribus, rigorem ſuperuenturum nunciat, ſi ſine febre humores cholericos, & non bene coctũ phlegma. Si fuerit groſſior ꝗ oportet, & cum febre groſſitudinem fecum, & uiſcoſitatem earum, & morbum diuturnũ nunciat, ſi ſine febre, hæc remiſſius ſignificat. Breuiter iuxta mentem Iſac de Iuditio urinæ. Nigredo hypoſtaſis & nigerrima, notat malũ abſolute, ſi granoſa & aſpera fuerit, & maxime ſi urina fuerit nigra.

Rubedo Citrinitas, uiriditas hypoſtaſis, ſunt inter bonũ & malum mediocria, Rubedo tamen melior inter eos, & bono uicinior, uiridis peior & timori uicinior, quia humorũ incenſionem & ſanguinis humiditatis conſumptionem. Citrinus color in hypoſtaſi, ſingnificat bonum & malum.

Dicit Auerroys in lib. Colliget, Corpora hypoſtaſium extra naturam multarum manerierũ ſunt, quia quædã ſunt quæ tritico fracto aſſimilantur, & quædam quæ orobo, & notant mẽbrorum liquefactionem, aut humorꝶ aduſtionem, & in acutis ægritudinibus ſunt male, & ſi habuerint colorẽ rubeũ, humorem ſanguineũ uiſcoſum indicant, aut partim epatis, aut lumborũ aduſtionem, & citrinus in lumbis magis eſt proprius, ſed lanioſum eſt peſſimũ, quia mẽbrorꝶ radicaliũ liquefactionẽ & inciſionẽ denotat. Sed furfureũ aliquando fit ꝓpter ſcabiẽ ueſicæ, aliquãdo ꝓpter liquefactionẽ mẽbrorꝶ, & quod differre facit illud quod ex ſcabie ueſicæ, aut ab alio eſt ꝗd in ipſo pruritus in partibus uirgę ſentitur. Et Arenoſum, ſignificat aut lapidem coagulatum, aut incipientem coagulari.

Et ſi

Et ſi fuerit rubeum, lapidem in renibus, album lapidem in ueſica demonſtrat, & Sanioſum apoſtematis rupturam in urinæ membris locati notat. Et Sedimen habens pilos ſimiles capillis, humiditatem groſſam in renibus a calore extraneo generatam oſtendit, & ſaguinem coagulatum, apertionem uenæ aut apoſtema in urinæ uijs ſignificat. Hæc Auerroys.

Vrina in qua
- non eſt Sedimen, mingit ille cuius regimen eſt in ultimo ſubtilitatis
- Eſt Sedimen multum, mingit ille cuius regimen eſt groſſum
- Eſt Sedimen paucum, mingit ille cuius regimen eſt æquale

Hypoſtaſis multa in ſanis, eſt bonum ſignū, & notat quod corpus bene nutritur, & quod membra fortia ſunt in expellendas ſuas ſuperfluitates per hypoſtaſim, & indicat quod corpus nō eſt nimis macrū nec nimis pingue, Sed in corporibus omnino ſanis, qui ſe debito modo & ordinate regunt, in illorū urinis nulla eſt hypoſt. Hypoſtaſis multa alba ſubtilis in liquore, mediocris rotunda, & in motu leuis, ſanitatem & membrorꝫ uirtutem oſtendit, ad coctionis completionem, & tamen eius multitudo abundantiam humorum denotat.

Hypoſtaſis multa in corporibus infirmis, alba, rotunda iuncta & leuis morbi naturam a ſuperioribus ad inferiora deſcendentem nunctiat, & maxime apparens in die Critica, & ſi talis hypoſtaſis in febribus apparuerit cū alenatione, & capilli ceciderint, oſtendit quietem morbi. Sed ſi non fuerit nec rotunda &c. multos humores adunatos in corpore notat de genere phlegmatis groſſi aut ſubtilis. Hypoſtaſis multa & furfurea in febre cum ſalute renum & ueſicæ rigorem nunciat febris ſuperuenturę. Hypoſtaſis multa febre non mitigante neqꝫ minuta coſumi corpus notat. Hypoſtaſis parua in ſanis, ſignificatur ſiccitas macies & ſubtilitas. Hypoſtaſis parua in ægris notat prauitatem humiditatis ſanguinis, & ꝓpinquitatem cōſumptiōis, unde peſſima ē ſi ſit cū febre acuta.

temperamentum hypoſtaſis inter multum & paucum ſignificat temperamentum complexionis & uirtutem membrorum

Variatio urinæ ſecundum groſſitiem ſubtilitatemq́;.

Vrina cum primum exijt ſubtilis, & cum in uaſe aliquantulum ſtabit groſceſſit, ſignificat quod natura coquere inceperit, & humores comiſcu[illegible], uentoſitatemq́; humorum diſſoluerit quorum bonam partem ſubtiliauit propter uelocitatem & leuitatem motuum ſuorum. Vrina exiens ſubtilis, & ſubtilis per manens, morbum crudũ oſtendit, & ſi ſequunt̃ ſigna ſalubria, terminum morbi cum apoſtemate ſub hypocundrijs oſtẽdit. Et ſi hæc urina fuerit in febre acuta & incenſa, peſſimium ſignum eſt, quia febrem calefieri & ſuccendi & ad ſuperiora aſcendere corporis & in caput ſignificat.

Vrina exiſtens groſſa, & permanens groſſa, ſignificat maximam conturbationem inter materiam morbi & naturam, ſed tamẽ natura ſuperata eſt a morbo, quia humores turbauit & comiſcuit, & quandam digeſtionem ſubtiliationem monſtrauit, non tamẽ coctionem cõpleuit. Si hæc urina in initio ægritudinis apparet, perditionem infirmi notat, & ſi hæc urina eſt globoſa uel iumentura dolorem capitis, præteritum, præſentem, & futurum ſignat.

Vrina exiſtens groſſa, de hinc in uaſe clarificatur naturam compleſſe coctionem fecis & ſubtiliaſſe eam ſignificat, neq́; remiſiſſe niſi ut diuidatur, & una quæq́; pars in locum ſuum naturaliter ponat̃, & hæc melior eſt quam ea quæ exijt groſſa & manet groſſa.

Et eſt etiam melior hæc urina quam quæ ſubtilis exijt & poſtea groſceſſit.

Sic hæc urina quæ ſubtilis exijt, & poſt groſceſcit, melior eſt quam quæ ſubtilis exijt & in ſua ſubtilitate & claritate permanet, quæ ſignificat quod nondum natura incœperit coquere humores illos, qui morborum ſunt materia.

Epi

Vt qui ædificat in publico, multos cenſores ferre cogit. Sic me nõ latet, poſtꝗ hoc opuſculũ in uulgus ediderim nõ defore mihi cauillatores, quibus nõ ſit hæc opera diligentiaꝗ mea placitura. Quibus aut aliter aut neſcio quo modo aut fortaſſis animo, nihil ſcribere debuiſſe uidebor. Sed quis eſt qui omnibus omnium ingenijs ſatiſfacere poſſit, quum nemo Cõuiuator tribus cõuiuis, ex æquo ſatis quæat placere, iuxta poe
Tres mihi conuiuæ, prope diſſentire uidentur (tam
Poſcentes uario multum diuerſa palato.

Deinde nunc ita ſunt deprauati hominum mores, ut quiſꝗ ex aliorũ dictis & ſcriptis hoc ſolum excerpat & amplificet, qđ eſſe uicioſum uidetur. Quæ bona ſunt & recte probata, nemo expendit, ita in uitijs aliorum, acute cernit oculus inuidioſus Ego uero, Amice Lector, nihil curo quid de me ſentiãt aut loquantur obtrectatores, ego tibi prodeſſe ſtudui pro mea uirili quod ſi conſecutus ſum, ut ſpero, nõ pœnitebit me laboris & uigiliarum, lucubrationiſꝗ meæ. Siquis autẽ eſt, qui nihil hinc utilitatis ſe capere poſſe putat, hic alia ſibi eſſe legenda ſciat, ſolis enim Tyronibus & rudibus artis medicæ ſunt hæc ſcripta, pro ingreſſu quodã & auſpicio huius ſtudij. Quod ſi quis me ob hoc uolet reprehẽdere, ſcribat ipſe melius, ego nõ obſto Sed puto æquũ eſſe, ut quiſꝗ pro ſuo captu & eruditione ſua iuuet alios Propterea ſi non elegantibus, tamẽ planis me uerbis ſcripſiſſe arbitror. Qua in re mihi facile ueniam dabis benigne lector, elaboratiorem ſtilum a Iuuenibus huius temporis, non a me aut mei ſimilibus requiſiturus. Poſtremo, ſi qua in ſerui paradoxa ſecundum uulgi opinionem, precor nequis de ignotis iudicet anteꝗ cognouerit. Imperiti ſunt, qui nihil credunt aut probant, ꝗ quod ipſi ſciunt uel experti ſunt.

Neꝗ tamen hoc ideo dico, ut quemꝗ meis uerbis addictũ eſſe uelim, ſed legat quiſꝗ authores etiã alios & antiquiores & pe

ritiores me, deinde ſentiat ac probet quod uidebitur rectiſſimum.

Tu quiſquis eris optime lector, boni conſule noſtram operam qualemcunq; & bona ualetudine diu fruere incolumis. Ex Heydelberga. Anno Virginei partus M. D. XXXII.

Excuſum Haganoæ per Valentinum Kobian Anno Milleſimo Quingenteſimo Triceſimotertio. Menſe Martio.

UMF

2150 76/51
Lolt. sz.

Au
121
2-3413-VIII-961
ANTICARIAT
LM 125
Tg.-Mureș

ritiores me, deinde ſentiat ac probet quod uidebitur rectiſſi-
mum.

Tu quiſquis eris optime lector, boni conſule no-
ſtram operam qualemcunqꝫ & bona ualetu
dine diu fruere incolumis. Ex
Heydelberga. Anno
Virginei partus
M. D. XXXII.

Excuſum Haganoæ per Valentinum Kobian
Anno Milleſimo Quingenteſimo
Triceſimotertio. Menſe
Martio.

INST. MED. FARM. TG. MUREȘ
ORV. ... MVH.
Bibl. ...
2150 ... 76/57
Leit. sz. ___/___

Ate
121
2-3413-VIII-961
ANTICARIAT
Lei 125
Tg.-Mureş